retici. Velociores. Plangit propheta perſecutiones eccleſie:cuius perſecutores aquilis velociores ſunt immundi ſiquidem ſpiritus velociores ſunt nequitia fraude ⁊ agilitate vane ad lacerandum ⁊ devorandū:q̄z aquile celi:ideſt predicatores ad eripiendū:velociores enim ſunt aerie poteſtates: quia nō eſt poteſtas ſuper terraꝫ que comparet eis. Job.xlj. Super montes perſecuti ſunt nos:quia duꝫ ad eccleſie regimina extollimur, acrius eos ad perſequendum incitamus:nec in ſpecula ſedis apoſtolice poſiti ſunt ſecuri:quia quos ſuper montes eleuatos vident :vt ceteros diligentius inſpiciendo conſeruent ⁊ ad culmina virtutum prouocent:tanto ardentius ⁊ audacius infeſtant. In deſerto. inſidiati ſunt nobis. Per deſertuꝫ vita monaſtica vel eremitica que in deſertis ⁊ in ſolitudinibus agit̄,deſignatur.xviij. q.ij.luminoſo:ibi.ne in dei ſeruoꝝ receſſibus. verſi. de hoc.⁊.xvj.q.j.ſi cupis:conrra quos quaſi athletas fortiores ⁊ inuiſibiles:ſeuiunt hoſtes. Unde in vitis patrum legitur ꝙ quum diabolus in quodaꝫ templo viſitaret alios demones:omnes fecit verberari,quia parum maleficij videbatur ei quod fecerant:poſt vnus demon adueniens,dixit ſe xl. annis in eremo quendam monachum impugnaſſe : ⁊ vix nocte illa eum compulit fornicari:tunc diabolus ſurgens ⁊ oſculans eum impoſuit ei coronam ſuam:ſecumqꝫ ſedere precepit dicens eum magnum quid feciſſe. Quantis vrgemur malis:in occulto inſtant inſidie:in aperto ſuper montes ſeuit perſecutio:vt paſtores deijciat,oues ſternat. Inde ſequitur. Spiritus oris ⁊c. Res. Spiritus oris noſtri ⁊c.de quo ſpiritu.p̄s.l. Spiritum rectum innoua ⁊c. Oris noſtri. corde creditur ad iuſtitiam: ore aūt fit confeſſio ad ſalutē. Roma.x.xj.q.iij. nolite. Chriſtus dei filius. Dn̄s:qui non fecit peccatum.j. Pet.ij. Captus eſt: quaſi totius miſerie ſolatium. In peccatis noſtris, in Chriſto ſperemus:illum imitemur : qui captꝰ eſt pro peccatis noſtris. Cui dicimus . In vmbra tua: refrigerationis.p̄s.xvj. Sub vmbra alarum tuaruꝫ protege me. Ala gloſ.miſericordie ⁊ caritatis. Viuemus. In gentibus:adunati. Gentibus:vt fiat vnuꝫ ouile ⁊ vnus paſtor. Jo.x.extra de bap. licet per grecos. Paſcaſius. Sicut ex hoc aere ducimus ſpiritū quem ad ipſum reducimus ⁊ inde viuimus. Ita homo interior per fidem ſpiritum dei attrahit : ⁊ inde viuit, quod bene facit:quod orat:quod cogitat, deniqꝫ omnia bona ſua ipſi adſcribēdo reddit. Spiritus:Chriſtus dn̄s cuius doctrina:cuiꝰ gratia:cuiꝰ ſanguis eſt nobis ſpiritus ⁊ vita. In noſtris non in ſuis peccatis captus eſt.p̄s.lviij. Quia ecce ceperūt animam meam:irruerunt in me fortes. Et ſequitur. Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ peccatum meum dn̄e: ſine inīqtate cucurri ⁊ direxi:⁊ iteruꝫ p̄s.lxviij. Que non rapui tunc exoluebaꝫ. Spiritus enim dicitur filius dei:quia deus eſt:⁊ deus ſpiritus eſt.j. Joā. iiij. Humanitas inſinuatur quum ſubiungitur : Chriſtus dn̄s.extra de ſacra vnc.c.vnico. Quia eniꝫ vna perſona eſt deus ⁊ homo:extra de here. cum Chriſtus:vbi Chriſtus capitur:deus capi dicitur. Spiritus oris noſtri bene Chriſtus dicitur: quia queꝫ in corde credimus:ore confitemur,ſed eoꝝ proprie vox iſta eſt, qui ita in ore habent verbuꝫ veritatis:quod Chriſtus eſt:ſicut ⁊ in corde:quia ex abundātia cordis os loquitur. Matth.xj. Unde ⁊ Petrus ore negando ſe diſcipulum Chriſti:mortaliter peccauit:ſicut ⁊ legitur ⁊ no.xj.q.iij.non ſolum. Hic Chriſtus captus eſt pro noſtris peccatis:vt noſtra peccata deleret. Cui diximus. In vmbra tua viuemus in gentibus ⁊c. quia ipſe eſt expectatio gentium : ⁊ ſemen Abrae in quo benedicentur omnes gentes. Galat. iiij.ī hoc credebat propheta:corde ⁊ ore proferebat in vm.t. Venturus enim erat, vt cum gentibus Judeos ſaluaret. Unde per futurum dixit viuemus: q peccatis mortui eramus. Sub vmbra paſſionis nos protexit:quaſi alis in cruce extenſis. Caro eius nobis vmbra fuit quia eſtus noſtre mentis refrigerauit:⁊ varias eſtuuꝫ paſſiones temperauit, Sub vmbra iſtius apoſtolorum vmbra ſanabat infirmos. Actuum.v. Hec vmbra totum nunc illuminat mundum. Jo.j.xxj.di.c.j.verſi. Acholyti:quamuis adhuc per vmbram ſui corporis:ideſt eccleſie.xxiij.q.iij.pro membris;videamus eum non facie ad faciem. In hac vmbra refrigerati ab eſtu vitioꝝ. Luce.j. Virtꝰ al.obumbrabit tibi.ſpe viuimus. Syn. Gaude ⁊ letare:ironice:gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Job.xx. Filia Edom.terrena vel ſanguinea eccleſia malignantium:ſicut in Chriſto ſpes ſanctoꝝ ⁊ exultatio:ita:⁊ maloꝝ confuſio ⁊ damnatio. Que habitas,pertinaci ſtudio. In terra:non in celo. Hus conſiliatoris:ſcilicet diaboli. Ad te quoqꝫ,ſicut Hieruſalē:vnde qui acceperit gladiū,gladio peribit. Mat. xxvj.xxiij.q.viij.§.j. Perueniet calix Babylonis qui inebriat oēs gētes:⁊ eſt calix ire dei. Apoc.xiiij. Inebriaberis atqꝫ nudaberis:virtutibus:de hac mala nuditate Abachuc.ij . Ve qui potum dat amico ſcilicet mittens fel ſuum ⁊ inebrians vt aſpiciat nuditatem eius. Exod. xxiij. Agent tecum in odio : ⁊ tollent omnes labores tuos:⁊ dimittent te nudam. Naum.iij. Oſtendam gentibus nuditatem tuam. Ezech.xvj. Nudabo ignominiam tuam coram eis: ⁊ videbunt omnem turpitudinem tuaꝫ. Orig. Nudabitur pectoris mei conſcientia:⁊ aperto corde videbuntur litere peccatoꝝ:que ſtilo ferreo in vngue adamantino. Hiere.xxvij.in princi.ſcripte ſunt.atqꝫ vniuerſa expectantium multitudo leget in pectore meo ſignatas imagines peccatorum . Apocal.xvij. Odient fornicariam:⁊ deſolatam facient illaꝫ ⁊ nudam. Hiero. Omne tempus vite noſtre conſuminꝰ expoliantes dn̄m:ſcilicet animam: ⁊ ornantes ancillam:ſcilicet carnem. Et ideo beatus qui vigilat ⁊ cuſtodit veſtimenta ſua:ne nudus ambulet:⁊ videant turpitudinem ſuam. Apoc.xv.vide in vlti.verſi.qui ſequitur . Attribuit propheta vnicuiqꝫ parti quod conuenit:vt ſcilicet Syon afflicta eccleſia iuſtoꝝ nō deſperet.⁊ filia Edō ſynagoga peccatoꝝ non inſultet. Et eſt notandum ad quantam altitudineꝫ Hieremias conſcenderit.vnde quaſi de ſpecula dilatato corde agones huius ſeculi conſiderat. Nunc ſimul omnes:nunc ſingulos:nunc Judeorum caſus deplorat:nunc eccleſie luget detrimenta: moꝝ perturbationem dolet:nunc reſtaurationem Hieruſalem ⁊ gloria intuetur,⁊ eccleſiam exaltandam gloriatur. cum victoribus gaudet,cum victis luget . Deniqꝫ omnem ſexum:omnem etatem:prelatos ⁊ ſubditos tanq̄ꝫ vnus ſit in omnibus:ſingulis perſonis ſingula lamenta impertitur.⁊ ſemper nouas lachrymas fundit dum alternatim nouas perſonas inducit:ad vltimum dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ eſſe captū pro peccatis noſtris teſtatur:non tn̄ omnes a morte redemiſſe prope finem ingemiſcit:⁊ eoꝝ qui cōuerſi ſunt finitam eſſe malitiam gaudet:eos vero qui ſanctos perſecuti ſunt:pro iniquitatibus puniendos

eſſe affirmat:quum eoruꝫ detegentur peccata. Hinc intelligendum eſt quia in ſcripturis ſanctis nihil aliud eſt principaliter quam lamentationes que frequentande ſunt in hoc ſeculo, ⁊ carmen quod cum angelis cantabimus in celo ⁊ ve. Ezech.ij.quod filij Edom vlulabunt ĩ inferno. Lugeamus ergo cū Hieremia in hoc ſeculo:ne vlulemus cuꝫ filijs Edō in inferno. Fugiamus gaudia preſentis vite: q2 preſentia gaudia ſequuntur perpetua lamenta. Hanc chariſſimi letitiā fugite,ſi illic flere formidatis. Gre. ⁊ inania carmina vt cum angelis cantare poſſumus perpetuum all'a. All'a interpretatur laudate deum:⁊ eſt vox gaudij,quod ſignat ineffabile gaudium angeloꝝ ⁊ hominum eterna felicitate letantium. Caſſiodorus. Vox iſta ſcilicet Alleluia eſt quaſi muſica ſalutaris,harmonia celeſtis, que non ſolum homines ſed angelos delectat. Apocal.xix. Tob.vltimo.

Gaude Edom ⁊ Babylonia idem ſignificant. Due enim ciuitates ab initio ſeculi ſignificantur. Altera Hieruſalem,altera Edom que ⁊ Babylon: de quibus beatus Aug.librum de ciuitate dei fecit. Altera cum propheta plangit nunc ⁊ parturit. Altera cur plangatur neſcit. Alteraꝫ Chriſtus edificat. Alteram diabolus:qui per Nabuchodonoſor:ſignificatur. Babylon eſt ciuitas perditoꝝ:que inebriat omneꝫ terraꝫ vino iniquitatis:vnde Hiere.lj. Calix aureus Babylon in manu dñi inebrians omnem terraꝫ:de vino eius biberunt oēs gentes:vide Apo. xviij.⁊.ſ.eo.c.verſi.hec eſt eccleſia:cum ſequenti. Et ideo quiete ſunt. Subito cecidit Babylon ⁊ contrita eſt:que ⁊ Edō inebriata plangitur. Ideo dicitur ironice. Gau.⁊ le.fi.Edom. Edom ſanguineus vel rubeus interpretatur. Hic eſt populus qui carnis vitia ſectatur:⁊ ſanguineꝫ.i.peccatuꝫ tangit. Oſee.iiij. Unde ſequitur. Que habitas in terra Hus. Niſi.n. in terrenis mentem poſuiſſet:inebriari vel virtutib⁹ ſpoliari non poſſet. Hieruſalem aūt ſurſum eſt cuius ↄuerſatio in celis eſt. Gal.iiij. Phi.iij. Ve.n.habitantibus in terra. Apoc.viij.in fi. Edom vero: ideſt eccleſia carnalis in membris,licet gaudere ⁊ letari videatur:aureo populo inebriatur:⁊ in furore dñi nudatur virtutib⁹:que ſunt anime velamina: de pe.di.ij.§.Romanos.c.ſed nec.c.illa:quia decreuit non ſoluꝫ in terra conuerſari ſed in terra Hus: ideſt ↄſiliatoris diaboli, qui ſcilicet peruerſa ſuggerit conſilia, contra angelum magni conſilij. Eſa.ix.ſicut ſuggeſſit Eue. Gen.iij. Nam ⁊ Edom terrenus interpretatur:in quo deſignantur qui terrena ſectantur: diaboli decepti conſilio: vnde ad eos peruenit aureus calix:⁊ nudantur gratia dei. Thau. Completa eſt finita,vnde Eſa.xl. Dimiſſa eſt iniquitas illius. Filia eccleſia. Syon ſpeculationis. Non adijciet (alias addet) vltra. Plantati in domo dñi in atrijs dom⁹ dei noſtri.p̄s.xcj. Non adijciet vltra vt tranſmigret te:quia immutabili immutabiliter adheſiſti. Viſitauit puniendo. p̄s.lxxxviij. Viſitabo in virga iniquitates eorum ⁊c. Iniquitatem tuam:non creaturam ſuam. Filia Edom:eccleſia malignantium:terrena,ſanguinea,diſcooperuit peccata tua. Nauꝫ.iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua que ↄfiteri noluiſti. Completa eſt. He ſunt:vt dixi,due ciuitates que ab initio conſtruuntur. Syon que Hieruſalem per Eſaiam.xl.c.dicitur ꝙ completa ſit malitia eius: ⁊ dimiſſa iniquitas illius ſecundum illud p̄s.xxxj. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates ⁊c.vide de pe.di.iij.ille rex. Unde leta promiſſio ſubiungitur. Non adijciet:vt tranſmigret te. Quum enim facto iudicio iniquitas ceſſauerit:⁊ plena requies adfuerit:nulla eius mutatio erit,ſed viſitabit Edom non remittendo, puniendo, dicendo. Ite maledicti in ignem eternum. Mat.xxv.

## Quod prelati in eccleſijs debent reſidere nedum inferiores:ſed epiſcopi. De multiplici coronare multiplici effectu gratie: ⁊ de predeſtinatione. Cap.8.

Recordare. Hec lamentatio que eſt oratio Hieremie que fuit expoſita in princi.lamentationum:⁊ hic iterum exponitur a quibuſdaꝫ canticum appellatur. Nam ⁊ lamenta cantica dicuntur: ⁊ econuerſo. Sicut enim in preſenti ſine miſerijs nulla ſunt gaudia: ita ſine lamentis aut pauca aut nulla ſunt gaudia, vel cantica. Monachi tanquam pſalmum decantant. Vera autem cantica in celeſti Syon decent. p̄s.lxiiij. Te decet hymnus deus in Syon. Lamentationes in exilio. Iure tamen ante quam ad patriam veniatur ad quaꝫ properatur:quaſi in meditullio carmina fletibus ⁊ econuerſo permiſcentur: dum preſentia mala planguntur: ⁊ gaudia futura ſperantur. Recordare Hieremias fratrum amator ⁊ populi Iſrael qui multum orat pro populo ⁊ ſancta ciuitate.ij. Machabeo.vlti.pro omnibus lamentans:eccleſiam ad lamentationem quia tribulata eſt ⁊ minorata temporaliter ⁊ ſpiritualiter: inuitat. Unde dicit. Recordare:a papa iudicij eius miſericordiam implorat. Recordare:qui oblitus videris:dum non vlciſceris. Quid acciderit:quam magnum quam crudele. Nobis:quaſi non meritis. Intuere:cum miſericordia. Et reſpice:cum effectu. Opprobrium noſtruꝫ.p̄s.lxxviij. Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris. Hereditas noſtra: Hiſtorice. Iudei in captiuitateꝫ Chaldeoꝝ ducti:tropologice ſcriptura verſa eſt. Ad alienos: demones. Domus noſtre:intelligentia ſcripture vel mētes. Ad Extraneos:infideles. Pupilli:quibus debes eſſe adiutor. p̄s.ix. Pupillo tu eris adiutor. Facti ſumus abſqꝫ patre:deo pro peccatis noſtris offenſo. Matres noſtre:eccleſie:vel fides ſpes ⁊ charitas. Quaſi vidue: quaſi vix habentes verum cultoreꝫ. Recordare: vox martyrum ⁊ tribulatoꝝ in eccleſia eſt: qui tormentis ⁊ preſſuris afflicti clamant. Quum enim in p̄ſentia nō vlciſcatur mala que fiunt intra eccleſiam deus:oblitus videtur.p̄s.xij. Uſquequo obliuiſceris me ⁊c.⁊ alibi. Obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre. Sed ad hoc Anacletus papa reſpondet. Si omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent:locum diuina iudicia non haberent. vj.q.j. ſi omnia. Intuere ⁊ reſpice. Idem eſt:ſed iterato,affectionis indictum eſt.hoc enim affecta legendum eſt. Hereditas,heretici ⁊ falſi Chriſtiani hereditatem eccleſie aut demonibus aut prauis inſtitutionib⁹ tradiderunt,ſcriptura enim hereditas eſt fidelium: hanc vertunt: qui a deo alieni ſunt, ⁊ ſenſu: ⁊ ingenio eam credentes intelligere: peruertunt a communi intellectu eccleſie diſcedentes. xxxvij.diſtin.relatum.xxiiij.q.iij.hereſis.⁊ cap.transferunt. Domus noſtre:ideſt mentes humane ad immundos ſpirit⁹ peccando trāſeunt. Pupilli:vere pupilli ⁊ orphani ſunt hodie quodammodo Chriſtiani. Abſqꝫ patre conſolatore:ideſt prelato in ſpiritualibus nutritore.

Sacerdotes eniʒ ⁊ prelati qui patres vocantur.iij.q.v.omnes qui.vj.q.j.ſacerdotes.⁊.c.infames: filios excoriant ⁊ occidunt.xciij.di.diaconi.v.ix.q.iij.§.de his:cum.c.ſeq. vſqʒ ad finem queſtionis. Matres noſtre quaſi vide eccleſie que nos nutriunt lacte ſpirituali:de con.di.iiij.mater eccleſia.a paſtoribus viduati fugientibus vel negligentibus non poſſunt deo filios generare. Notorium enim eſt hodie ꝙ raro prelati maxime epiſcopi reſident in eccleſijs cathedralibus:ſed nunc per curias principum contra iura vagantur:maxime quum ab eis temporalia nõ tenent.xxiij.q.viij. quo auſu.⁊.§.ecce ⁊ extra de ap. cum parati:vbi de hoc:⁊ eorum tractant negotia tẽporalia ⁊ procurant,contra iura.lxxxviij.di,c.j.c.epiſcopus.c.prelatum,⁊ extra ne cle.vel mo,per totum. Aut in laribus paternis habitant prope ſanguineʒ ⁊ carnem:dicentes. Pater ⁊ mater noui vos.quuʒ econtra deberent dicere Deutero.xxxiij.xciij.di. diaconi.v. Aut in curia Romana trotant poſt equos cardinalium:adde quod ſcripſi.ſ.in.c.x.in.§.poſtq̃ʒ in fi.ſerui ibi effecti ⁊ mercenarij: quum in ſuis epiſcopatibus eſſent liberi domini ⁊ maiores : vt ambiant amplius,⁊ habeant de honore terreno, non contenti terminis ſuis:quuʒ habeant vltra condignuʒ contra iura.j.q.j.principatus.⁊.c.nullus itaqʒ ⁊.q.vj.ſicut is,⁊.q.vij.ſancimus,⁊.xlj.di.miramur, ⁊.viij.q.j.in ſcripturis,⁊.c.ſciendum,⁊.c.qui epiſcopatum. Aut per mundum vagantur ſuas eccleſias deſerentes:nec de animabus ſubditoꝝ aliquam curam habentes : contra illa omnia iura. vij. q.j.ſicut vir.ibi. Epiſcopum vero oportet opportune ⁊ importune atqʒ ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere:eamqʒ prudenter regere ⁊ amare ⁊c.⁊.c.qualiter:ibi. Ne diutius gregi fideliuʒ deſit paſtoralis cuſtodia,⁊.c.quamuis:ibi. Ne ergo langueſente paſtore grex( quod abſit)inſidiatoris laniandus dentibus exponaẗ:vel eccleſie ipſius vtilitates:depereãt. ⁊.c.peruenit:vbi eſt expreſſum,⁊.c.placuit,⁊.c.ſi qui ⁊.c.epm̃ de dioceſi:extra de cle.non reſi.ex tue: ⁊ expreſſum:in eo.tit.in.c. qualiter.⁊ de tranſla.epiſcopi inter corporalia.§.ſicut autem:⁊ de renun. niſi cum pridem.§.verum.ibi. Non debes deſerere ſponſam tuam:cui deſigendo manum apud extraneum te fide media copulaſti. Immo nec longam peregrinationeʒ poteſt facere epiſcopus ſine licentia pape extra de vo.⁊ vo.re.magne.§.preterea:in fi. Sed quia: prout ꝯmuniter,hodie oẽs prelati mercenarij ſunt: querentes que ſua ſunt non que Chriſti . Phil.ij. viij.q.j.ſunt in eccleſia:non paſtores lucra animarũ querentes.xxiij.q.iiij.tres perſonas . Ideo fugiunt ab eccleſijs:⁊ non eſt eis cura de ouibus : ſed eſt eis cura de lana ⁊ lacte ⁊ carnibus. Nec curant ſi greges eoꝝ demonibus lacerentur:extra de elec.ne pro defectu.vij.q.j.§.hoc tunc. Quuʒ ⁊ ipſi demones viſibiles eos lacerent excoriando:vt ſupra dictũ eſt.ij. c.Thren.in litera Beth.v.c. Aquaʒ noſtraʒ, doctrinaʒ ſalutarẽ. Eccli.xv.⁊ aqua ſapiẽtie ſal.po.⁊c. Pecunia ꝯparauimus.cõtra illud Eſa.lv. Qui non habetis argentuʒ properate emite ⁊c. Et ligna noſtra:eccleſiaſtica ſacramenta calefacientia animam: ſicut fax accenſa.xv.q.ſi.c.ſi. Precio ꝯparauimus:a ſacerdotibus ſimoniacis.j.q.j. cuʒ ordinaretur.⁊.q. iij.ſaluator:⁊.c.ex multis:⁊.c.non ſolum. Contra ſacerdotes dicit hoc: qui faciunt domum dei domum negotiationis:vt pre.c.nõ ſoluʒ.Eſa.lvj. Mat.xxj. Mar.xj. Luce.ix. Jo.ij.qui ſacramenta vel doctrinam.⁊ dona dei pecunia diſtrahunt.j.q.j.gratia.⁊.c. cito turpem:⁊.c.qui ſtudet. Ceruicibus:percuſſis. Noſtris minabamur:ideſt ducebamur a perſecutoribus. Laſſis in peccatis. Non dabatur requies:q2 nullus malus ſabbatizare poteſt.i.requieſcere:quia nunquam illi ſua conſcientia requieſcit,ſm̃ Auguſt.

In epos non reſidentes.

Deplorat eccleſia ꝙ martyres a perſecutorib⁹ colaphizãtur:ligatis ceruicibus trahuntur: de loco in locum ſine requie fugere ꝯpelluntur. Uel quia dictũ eſt Mat.v. Luc.vj.⁊.xxiij.q.j.§.j. Siquis percuſſerit in vnam maxillam ⁊c.melius ceruicem ſuperbiã accipimus:qua ferimur ⁊ fugamur,quum ex ꝯſcientia reatus pertimeſcimus:quia deus humilia reſpicit:⁊ alta a longe cognoſcit.ps.cxxxvij.quo conſiderato nõ eſt requies:quia vita carnalis laborioſa: ſpiritualis quieta q2 ſub iugo dñi. Egypto. Egypt⁹ interpretatur tenebre vel anguſtia vel tribulatio:potentioribus qui curis diuitiarum obſcurantur. Dedimus manum:quaſi vincti : ⁊ Aſſyrijs Aſſyrij interpretantur ſuſtollentes vigilas dñi: dirigentibus ſe ad lucra ſeculi. Ut ſaturaremur pane :caducis rebus tranſitorijs.j. Regum.ij. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt ⁊c. Eccleſia lamentatur ꝙ etiam miniſtri altaris pro terrenis rebus dant manus Egypto,potentioribus qui diuitiarum vel delictoꝝ tenebris obſcurantur. Egyptus enim tenebre interpretatur:⁊ Aſſyrijs:ideſt dirigentibus qui ſe ſcilicet ad omnia mundana dirigunt : vt diuitijs affluant:honoribus excellant quibus ſeruiunt miniſtri Chriſti pro caducis ⁊ tranſitorijs: ⁊ ſic luminaria mundi ſcilicet rectores eccleſiarum.xciij.di.ſacerdotes:tenebre facte ſunt:qui manus ad celuʒ deberent leuare,⁊ cum Moyſe ad celum tendere ne fiant graues. Exod.xvij.xxxvj.diſt.c.vlti. vnde ps. cxxxiij. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta ⁊ be.dño. Patres nr̃i:eccleſia.ps.xliiij. Pro patribus tuis ⁊c.lxviij.di.quoꝝ vices: vel Adã vel Eua.de pe.di.j.ſicut primi. Peccauerunt. Patres noſtri comederunt vuaʒ acerbaʒ:⁊ dentes filioꝝ obtupeſcunt. Ezech.xviij. Et non ſunt. Rachel plorãs filios mortuos noluit ꝯſolari:quia non ſunt. Mat. ij.quia mortui. Et nos iniquitates eoꝝ portauim⁹: ideſt peccatuʒ originale:de con.di.iiij.c.ij.⁊.c.ſeq.⁊.c. non ex quo. Uel penam culpa ſacerdotum : vox eſt Chriſtiani populi qui ſacerdotum ⁊ principum peccatis flagellatur dicentis . Patres noſtri peccauerunt,quaſi non ſunt qui debuerant:⁊ nos iniqui:eorum por. Non tñ de preſumat.q2 pro merito plebis eſt electio paſtoris.ij. q.vij .c.j.⁊.§. item quod diciẗ vj.q.j.ex merito.viij.q.j.audacter:neqʒ imitatorib⁹. lxxxvj.diſtin.facientis.xxiij.q.iiij. ita plane.ij.q.pri. votum:culpa minuitur: ſed augetur vnde Cayn ſepties punitur. Lamech ſeptuageſies ſepties. Gene. iiij.xxxj.q.j.quomodo . Poſt preceptum enim ⁊ exemplum ſup le bonum, maior eſt peccantis pena ſicut ⁊ peccatum. Poteſt etiam hoc referri ad originale peccatum: cuius tabes in omnes tranſit . Et non ſunt:peccatum enim nihil eſt: ⁊ qui peccat nihil eſt:de peniten.diſtin.ij.§.fina.quia relicto vero eſſe,voluit non eſſe:ideſt peccare. Non dixit patres peccauerunt ⁊ non eſt peccatuʒ eoꝝ. Illis.n.defunctis manet peccatuʒ:⁊ pena peccati. Sed poſtq̃ʒ peccatuʒ in baptiſmo remiſſum eſt:vnuſquiſqʒ punitur pro proprijs malis:aut remuneratur pro bonis:extra de ſum.trini.cap.j. Scienduʒ ꝙ triplex eſt pena: eterna , corporalis , ⁊ ſpiritualis. Eterna pena

Pena triplex.

nunquam punitur vnus pro alio.Exo.xviij.j.q.iiij.
Judei.Corporalis pena duplex eſt. Una circa cor-
pus:⁊ illa ſepe punitur vnus pro alio.j.q.iiij.§.item
peccato ciuium.Alia circa ſtatum rei vt eſt ſeruitus,
vel infamia: ⁊ illa ſepe punitur vnus pro alio filius
pro patre.vj.q.j.ſiquis. Alia eſt etiam pena tem-
poralis : ⁊ illa ſepe punitur vnus pro alio : extra de
here. vergentis. Eſt alia pena ſpiritualis : ⁊ hec
quadruplex:ſcilicet Excommunicationis: ⁊ nunq̃ꝫ
hac punitur vnus pro alio.xxiiij.q.iij.ſi habes.Alia
interdicti. Alia remotio ab oblationibus . Alia re-
motio ab ordine : ⁊ his tribus ſepe punitur vnus
pro alio.et de hoc plene no.j.q.iiij.in ſumma. xxiiij.
q.iij.in ſumma : extra de his que ſi a ma. queſiuit.

Serui demones vel heretici,vel mali prelati ſerui
peccati.Joan.viij.dominati ſunt noſtri qui debue-
runt ſeruire.Non fuit qui redimeret.p̃s.vij.non eſt
qui redimat neqꝫ qui ſal. fa. ſi deus non vult : alius
non poteſt redimere:niſi Chriſtus qui ſeipſum de-
dit in precium.Ephe.v. Serui ⁊c. Plorat gens
ſancta populus acquiſitionis:extra de elec . funda-
menta.lib.vj. ſpirituales nequitias , que ſuam per-
diderunt libertatēꝫ. Dominantur noſtri ⁊ affligun
tur ſeruitute peccati.Uel ſerui peccatorum in eccle-
ſiarum regimine conſtituti:in eos quos dn̄s rede-
mit: luporꝫ vtuntur rabie:non canum defenſione.
xliij.diſt.ſit rector.Luctus ergo penitentium eſt:qui
laqueos Sathane euadere cupiunt:cuius dominio
ſubiugati ſunt per peccatum. Jn animabus:deſi-
derio animarum:quaſi di. quam indigna patimur
quam crudelia:quam miſeranda.Noſtris, affereba
mus panem nobis,afferebamus ſcripturarum vir-
tutum panēꝫ,qui de celo deſcendit.Joan.vj.de con.
diſt.ij.omnia.A facie gladij in deſerto,ab impugna-
tione diaboli inſidiantis , qui cecidit de celo Eſa.
xiiij.de pe.di.ij.principium , ⁊ habitat in deſerto: in
corde a deo derelicto . Matth.xij.⁊ Luce. Pel-
lis noſtra: mortalitatis . Quaſi clibanus : diaboli.
Exuſta eſt.flatu diaboli fabri ſufflãtis prunas.Eſa.
liiij.A facie tempeſtatum famis:ſpiritualis: que eſt
quaſi turbo tempeſtatis . Plangitur pellis noſtra
quaſi clibanus exuſta: qua primi parentes induti:
de pe.diſt.j.Adam. Gen.iij. de Paradiſo ſunt eiecti:
vnde ſingulariter pellis non pelles dixit,quia ex ip
ſis oẽs ↄtraximus vnāꝫ pellem mortalitatis de ↄſe.
di.iiij.non ex quo.Hec fedata eſt quaſi clibanus:id-
eſt diabolus qui eſt fornax vitiorũ:⁊ quotidie nouis
concupiſcentiarum incendit vſtionibus.Hac vſtio-
ne tempeſtate famis affligimur qui eterne vite epu
lis non reficimur. Mulieres in Syon humilia-
uerunt,corrumpendo:quoties peccatorum feditate
grauamur : ⁊ de Syon altitudine ad humilia cor-
ruimus. Mulieres:ideſt anime noſtre. Jn Syon:
ideſt in culmine eccleſie leuate humiliantur humi
demones . Et virgines in ciuitatibus Juda : non
furtim ſed publice.Uirgines fidelium mentes ſunt
deo dicate.Ciuitates in quibꝰ humiliantur: diuerſi
ſunt gradus.Alia enim eſt profeſſio ſacerdotum: a-
lia leuitarum, alia monachorum, alia virginum, a-
lia viduarum,alia coniugatorum.Jn ſingulis ſunt
alique pure virgines:alique propoſitūꝫ non ſeruan
tes deuirginantur.xxvij.q.j. que Chriſto.⁊.cap.im-
pudicas.cum.iiij.cap.ſequen.Uel iſte ſunt virgines,
fatue corpore:non mente.xxxij.q.v.ſi paulus.Jſido
rus.Uirgo carne nõ mente nullum premiūꝫ habet
in remuneratione. Bernard. Sine humilitate au-
deo dicere : nec virginitas Marie deo placuiſſet.
Auguſti.Non dubito preferre mulierem ſuperbe
virgini. Principes manu ſuſpenſi ſunt. Docto-
res ſancti eccleſie hoſtium manibus ad alta ſuſpen-
duntur:quando intentionem boni operis deſeren-
tes, ad voluntatem hoſtium diſtrahuntur . Tales
principes non vitijs principiantur : ſed eis vitia.ij.
q.j.ſcelus.Tales principes mala conſilia dant ⁊ re-
probanda. p̃s. xxxij. Et reprobat conſilia princi-
pum.Principes mali ſuſpendi mandãtur a domi-
no.Numeri . xxv. Tolle cunctos principes ⁊c.vbi
Grego.Hoc ſi homines cogitarent,principatus nõ
ambirent,ſufficit enim pro peccatis proprijs argui:
⁊ reddere rationem:quid neceſſe eſt pro peccatis po
puli oſtentari contra ſolem?De iſtis principibus di
xi ſupra.cap.ij.ſuper litera Beth in verbo principes
in.v.cap. Facies ſenum non erubuerunt: nulli.n.
etati parcit:quia ſerpens callidiſſimus nec pueris
miſeretur:nec iuuenes reueretur:nec parcit ſenibus,
omnem etatem ⁊ dignitatem vna tempeſtate inuol
uit. Adoleſcentibus impudice:factum ſpurium ⁊
nefarium:vnde principaliter hoſtes adducuntur in
odium. De iſto execrabili vitio plene ſupra in iſta
oratione Hieremie ſuper iſto eodem verbo dixi ſe-
cundo cap.Abuſi ſunt:⁊ pueri in ligno corruerunt:
ſuſpenſi in eo.quibus nec etas pepercit, Pueri ſtul
ti in ligno corruerunt qui in Chriſtum in ligno pen
dentem. j. Pet.ij. credere noluerunt . Senes de
portis defecerunt:ſenes ſcilicet quorum ſenſus ſunt
cani.lxxxiiij.diſtin. porro. manſueti ⁊ quieti : ſed ſi
deum offendunt : deportis deficiunt : de quibus
dicitur p̃s.cxvij.Aperite mihi portas iuſtitie in his
deficiunt dum ſcandalis fatigati iter rectum deſti-
tuunt. Uel ſenes: ideſt predicatores defecerunt de
portis vbi conſueuerant predicare:vnde Amos.v.
Odio habuerunt corripientem in porta . Juue-
nes de choro pſallentium: ſanctorum.Juuenes de-
ficiunt de choro pſallentium:quum in eis ſpirituale
canticum deficit:quia non pſallunt ſpiritu ⁊ mente.
j.Cor.xiiij. xxxviij.diſtin.omnes pſallentes.⁊.cap.
ſedulo. Et a choro ſanctorum alieni obliuiſcuntur
canticum domini dicentes. p̃s.cxxxvj. Quomodo
cantabimus canticūꝫ domini in terra aliena?de pe.
di.iij.in ſalicibus. Defecit gaudium cordis noſtri.
ceſſauit gaudium.quieuit ſonitus letantium.conti-
cuit dulcedo cithare:cūꝫ cantico non bibent vinūꝫ.
Eſa.xxiiij. p̃s.l. Auditui meo dabis gaudium ⁊c.
Cordis contriti ⁊ humiliati.p̃s.l.Uerſus eſt in lu-
ctum chorus noſter : harmoniam lugendi chorus
virtutum.Uox eſt penitentium qui cor contritum
⁊ humiliatum deo offerunt.l.diſti.ponderet: ⁊ quia
habet ſponſus:omne gaudiūꝫ in luctūꝫ conuertunt:
quod Dauid recuperare volens,ait.Redde mihi le
titiam ſalutaris tui ⁊c.Quoties anima ſagitta pec-
cati vulneratur,gaudium eius diſſoluitur:quum ad
conſcientiam reuertitur:⁊ chorus virtutum in lu-
ctum com mutatur.quod in Aſael recte figuratur.
ij.Reg.ij.qui tanquam caprea velociſſimus curſor
erat.Unde dum incaute ⁊ precipitanter inſequere-
tur.Abner,percuſſus in inguine:perijt.Sic animus
qui velociſſimus motus ſuos patientia ⁊ grauitate
non moderatur:ſepe in fornicationem mentis ⁊ cor
poris precipitatur.Unde in libro collationum.Jo.
caſſia,in collatione.ij.de caſtitate dicit ſic Theremo.
Quantum quis in leuitate ⁊ patientia cordis, tan
tum in corporis puritate proficiet:quantoqꝫ longiꝰ

iracundie propulerit paſſionem: tanto tenacius caſtitatem ſeruabit. Non enim eſtus corporis declinabit, niſi qui animi motus ante compreſſerit. Quia beati mites: qm̄ ipſi poſſidebunt terram. Matth. v. ideſt. Non alias ditioni noſtre rebellis huius corporis terra ſubdetur, niſi mens noſtra prius patientie lenitate fuerit fecundata. Nec poterit quis aduerſus carnem ſuam inſurgentia bella libidinis comprimere: niſi prius carnis manſuetudinis inſtruatur. Chorus vertitur in luctum: quando in penitentibus virtutum chorus quaſi harmonia lugendi deplorat quod amiſit: ⁊ concentum ſumit penitendi: vt poſt planctus ⁊ lachrymas redeat idē chorus ad gaudia: ſicut dixit Sara deo Tob. iij. poſt lachrymationem ⁊ fletum, exultationem infundis.

Cecidit corona capitis noſtri: honeſti in eccleſia vel fulgidi moribus vel bone voluntatis. Ve nobis quia peccauimus: amiſſa corona. Tunc mens noſtra corona virtutum decoratur: quum ſcuto bone voluntatis ornatur. p̄s. v. Scuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Sed quum voluntas mutatur: quaſi corona victoribus datur: ſecundum Maximum. Apoc. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronaꝫ vite. Corona amittitur: vnde ſequitur. Ve nobis quia peccauimus. fruſtra enim in ceteris laboramus: ſi bona voluntate caremus. Unde ſuper illud Luce. ij. Et in terra pax homi. bo. vo. dicit Grego. Ante dei oculos nunquaꝫ manus vacua eſt a munere: ſi arca cordis plena eſt bona voluntate: nil quippe offertur dignius bona voluntate: ⁊ Aug. xiij. de Trini. Pertinet enim iuſtitia ad bonam voluntatem. Sacerdotes etiam ⁊ virgines ſunt quaſi corona decoris eccleſie: quia illuſtrior portio gregis Chriſti. ſecunduꝫ Cyprianum: ſed ij ſepe cadunt vitijs labefactati. Fides quoqꝫ dum integritatem amittit: quaſi corona de capite cadit. Secundum Eſa. etiā Chriſtus corona eccleſie eſt: vnde ait Eſa. xxviij. Erit dominus exercituū corona glorie. Hanc coronam eccleſia perdit: dum fides Chriſti perditur in quibuſdam membris: vel prauis operibus maculatur. Per coronaꝫ etiam capita eccleſie digne intelliguntur: quia corona in capite ponitur. p̄s. xx. Poſuiſti in capite eius coro. de la. ⁊c. Iſti ſunt prelati q̄ hodie cōiter a vita apoſtolica ceciderunt. Naꝫ etſi teneant locuꝫ apoſtoloꝝ. lxviij. diſt. quoꝝ: ⁊ ſanctoꝝ: non tñ tenent eoꝝ ſermones, ꝯuerſationem: ⁊ abſtinentiā: ⁊ opera. xxxv. di. eccleſie principes. xl. di. non eſt facile. Et ideo contra iſta coronata capita ⁊ mitrata dicitur Amos. vj. Ve vobis qui opulenti eſtis in Syon: id eſt in eccleſia: auro ſuffarcinati veſtra timide reſeruantes: aliena ſcilicet bona eccleſie non fideliter diſpenſantes. xij. q. ij. gloria. verſi. Socrates. alias eſt. c. Et confiditis in monte Samarie in altitudine dignitatis que data eſt vobis ad cuſtodiam ſubitoꝝ: vnde ⁊ dñs ſe Samaritanum. i. cuſtodem non negauit. Luce. xi. melius. Jo. viij. extra de ſump. nonne. ⁊ Luce. ij. dicitur in perſona prelatoꝝ. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes: ⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum. Optimates pompatice ⁊ ſicut dñi procedentes nō ſe humilitates: contra illud. c. di. ꝯtra more. Capita populoꝝ hodie exquo membra infecta. vj. q. j. ex merito: vere hodie in eccleſia adimpletur verbum Eſa. j. c. ⁊ vide Hiere. vj. ⁊. viij. cap. Omne caput languidum: ideſt prelatus: ⁊ omne cor merens, triſtitia mundi que mortem operatur. ij. ad Coꝝ. vij. A planta pedis: ideſt minimis ſubditis. Uſque ad verticem: prelatum ſuperiorem. Non eſt in eo corpore eccleſie. Sanitas: ſpiritualis. Malach. iij. ibi. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitie: ⁊ ſanitas in pennis eius: ⁊ transferuntur hec verba. vj. q. j. §. verum. Quam infirma ⁊ vulnerata capita. pri. q. pri. ventum: hodie habeat eccleſia: experientia manifeſtat: ⁊ ideo Dum caput egrotat cetera membra dolent. Bern. Principis error multos inuoluit: ⁊ tantis obeſt quantis preeſt: ad hoc extra de vo. ⁊ vo. re. magne. Multi de cauda ad caput venerunt de humilitate ad dignitatem. j. Reg. xv. Nonne quum paruulus eſſes in oculis tuis: caput in tribubus Iſrael factus es? Et prout frequentius, dum ſunt prelati in capite dignitatis: dimittunt caudam humilitatis. ſicut Saul. Et ideo merito caput cum cauda perdunt. primum Regum. xxxj. Preciderunt caput Sauli ⁊ ſpoliauerunt eum armis. De iſto malo. capite ⁊ mala cauda. Eſa. ix. Et diſperdet dominus ab Iſrael caput ⁊ caudam incuruantem ⁊ deprauantem die vna. Longeuus ⁊ honorabilis ipſe eſt caput: ⁊ propheta docens mendacium ipſe eſt cauda. Potens quilibet de poſitione vel etiam morte deicitur. Arma ſunt carnalia, mundana ſapientia, potentia: opulentia, que ſunt arma hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuandas: extra de renun. niſi cum pridem. §. verum, quibus potentes in morte (ipſa eſt cauda) caput dum Saul preciditur: ſpoliantur. Hec ſunt arma cum quibus Dauid contra Goliam pugnare neſciuit. primum Reguꝫ. xvij. quia non carnalibus ſed ſpiritualibus armis diabolus eſt vincendus. ij. ad Coꝝ. x. Arma militie noſtre non ſunt carnalia, ſed potentia domini. Arma ſpiritualia ponuntur ad Ephe. vj. ibi Accipite armaturaꝫ. Et clericoꝝ arma ſunt lachrymie: ⁊ orationes. xxiij. q. viij. conuenior cum. §. precedenti. Propterea meſtū penitentia ꝯtritum factuꝫ eſt cor noſtruꝫ, ideo ꝯtenebrati ſunt corruptione peccati: oculi interiores, prouiſores in eccleſia: quia debuerunt in deum aſpicere, vox eſt penitentium. Eſt autem duplex meſtitie ſpecies eſt ⁊ doloris: de quo Hiere. viij. dolor meus ſuper dolorem: quia peccatoruꝫ dolori dolor additur compunctionis. De quo Aug. in lib. de penitentia. Dolor in penitentia ꝯtinue cuſtodiatur: hic ſemper doleat. de pe. di. iij. ſi apoſtolus. Chriſtianus nimis doleat: quia Chriſtus nimis doluit. ſ. e. c. j. ibi. O vos oēs. ⁊. j. ſi eſt dolor ſicut dolor meꝰ, ſuper litera Lamech. in. c. iiij. Eſt ⁊ dolor malus. de quo. In dolore paries filios. Gen. iij. Eſt ⁊ bonus. p̄s. xxxviij. ⁊ dolor meus renouatus eſt, ita poſt peccatuꝫ cor humiliatur: vt huius doloris medicina infirmitatis dolor abſcedat. Contenebrati ſunt oculi noſtri malitia peccatorum ſcilicet infecti ⁊ cecati: vt Chriſti lumen videre non poſſint. p̄s. cxiij. ⁊. cxxxiiij. Oculos habent ⁊ non videbunt. Propter montem Syon. eccleſie. Pſal. lxxvij. Mons Chriſtus coagulatus, mons pinguis: de monte abſciſſus ſine manibus: incarnatus de ſpirituſancto ex Maria virgine. Danie. ij. Quia diſperijt: qui quum equalis eſſet patri: ſemetipſum exinaniuit. Philip. ij. Ideo obtenebratis oculis hunc montem non vident perfidi: quia diſperijt apud eos. Roma. xj. Cecitas ex parte contingit in Iſrael. Uulpes ambulauerunt in eo. perſecutores vel heretici qui male ſentiunt de incarnatione domini: eccleſiam lacerantes, ⁊ catholicam

fidem fraudolenter corrumpentes:ideo partes vulpium erunt. ps.lxij. Uulpes fuit Herodes perſecutor Chriſti ⁊ Joannis. vnde Luce.xiij. Jte ⁊ dicite vulpi illi:vbi Beda. Propter dolos ⁊ inſidias Herodem vulpem appellat: quod plenum fraudis eſt animal.in foueis propter inſidias latens: odore fetẽs.nunquam rectis itineribus incedens. Que omnia hereticis conueniunt,quorum typum Herodes tenet:qui Chriſtum latorem fidei chriſtiane in credentibus conatur extinguere. De iſtis vulpibus dixi plene ſupra in iſta oratione Hieremie:in iſto eodez verbo:vulpes.ij.c. Tu autem dñe. Judicis fortitudinẽ ⁊ magnitudinem predicat. Jn eternum permanebis.ps.cj. Tu aũt dñe in eternum permanes: ⁊ iterum ibidem.ps. Tu autem idem ipſe es: ⁊ anni tui non deficient. Nec eſt localis eius manſio aut temporalis:nec aliud quam ipſe. ſed ipſe vna ⁊ indiuidua ⁊ permanens eſſentia: quia quamuis filius ſe exinaniret ſerui formam accipiens. Phi.ij.:manet tñ in eternum ſolium tuum.ps.xliiij. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi:⁊ iterum ps.cxliiij. Regnum tuuz regnum omnium ſeculorum. Dum ſolium audis:iudicem intellige:⁊ time quaſi deum. Time:⁊ mandata eius obſerua. Eccleſiaſticos vlti.in fin.etſi ſecundum hominem iudicatur:regnum tamen eius in eternum:quia non eſt : de hoc mundo. Joan. xviij. xxiiij.q.iij.ſi.§.j. Quare. Poſt oĩmodas ſpecies lamentationis ad deum ſolum preces cõuertit: qui ſolus poteſt conſolari. Jn perpetuum obliuiſceris noſtri:ps.xij. Uſquequo obliuiſceris me in finez ⁊c. ⁊ iterum ps.cij. Non in perpetuum iraſcetur neque in eternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra facias nobis.ſimus ergo memores eius: ne obliuiſcatur noſtri: quia ps.lxxvi. Non obliuiſcitur miſereri deus:niſi nos obliuiſcamur.etſi obliti fuerimus:ipſe gratiam inſpirat:obliuionez fugat. vnde ps.xxj. Reminiſcentur ⁊ conuertentur ad dominum vniuerſi fines terre. Et ideo non obliuiſcitur miſereri deus quia non cadit in eum obliuio:cui omnia nuda ⁊ aperta ⁊ preſentia ſunt: ad Heb.iiij. xviij.q.ij.pernicioſam. Sed quum differt auxiliari: videtur oblitus:vt ſic aſcendat deſideriũ: ⁊ dulcius ſit ſolatiũ. Sic ſingulis vaſa ſua probat : vt vaſa in honorem faciat.ij.ad Timo.ij.quia vaſa ſiguli probat fornax:de peni.diſtin.ij.ſi enim vltra.iiij.colum. verſi.ſedet:derelinques nos:paſſionibus ſubiacere. Jn longitudinẽ dieruz:ps.cij. Non in perpetuũ iraſcet. Cõuerte. iudicez prouocatũ ad iuſtitiam pro peccata, humiliter ⁊ ſuppliciter obſecrat. Dñe nos ad te.ps.lxxxiiij. Cõuerte nos deus ſalutaris noſter. Conuerte per gratiam. Et conuertemur: quantum in nobis eſt arbitrio libertatis:vnde.j.ad Cor.xv. Gratia dei ſum id quod ſum:et gratia eius in me vacua non fuit. Gratia enim vocantis precedit:⁊ excitat libertatem voluntatis. Noſtrum eſt quod decidimus:dei quod reſurgimus. Homines eniz caro ſunt. ſpiritus vadens ⁊ non rediens. Non enim volentis eſt neqꝫ currentis:ſed miſerentis dei ⁊ adiuuantis. Roma.ix.vt peruenire valeamus ad calcem. de pe.diſtin.ij.ſi eniz per quatuor colum.verſi.⁊ Paulo poſt. Non tamen gratia dei conuertimur ſolam: niſi ⁊ noſtra voluntate conuertamur. Eſt autem quoddaz velamen noſtre infirmitatis ſenſibus noſtris obiectum: quod niſi dei illuminatione fuerit remotum:conuerti non valemus. Libertas ergo per gratiam redditur. Semper ergo nobis orandum eſt. Conuerte nos domine:vnde Augu. Nullum credimus ad ſalutez niſi deo inuitante venire. Nullum inuitatum ſalutem ſuam niſi deo auxiliante operari. Nullum niſi orantem auxilium promereri:ad hoc.xxiij.q.iiij.obtineri. Jtem Aug. Feciſti nos dñe ad imaginez ⁊ ſimilitudinez tuaz.feciſti nos nummum tuuz:mitte radium ſapientie tue expellat tenebras noſtras : ⁊ fulgeat in nobis imago tua.

Unde notandum quod in predicto loco apoſtoli ad Corinth.gratia dei ⁊c.duas hereſes deſtruit apoſtolus. Fuerunt enim quidam ſuperbi heretici qui totam virtutum efficaciam putabant conſiſtere in ſola arbitrij libertate. Contra quos dicit apoſtolus. Gratia dei ſum id quod ſum. Jſte error ponitur ⁊ deſtruitur.xxiiij.q.iij.quidaz verſi.pelagiani.de con. diſtin.iij.in tribus vlti.capi.⁊.xxvj.q.ij. qui ſine.⁊. xxiij.q.iiij. Nabuchodonoſor. verſi. predeſtinationem. Fuerunt alij heretici qui dicebant liberum arbitrium nihil eſſe:vel non poſſe iuuare ad ſalutez. contra quos oſtendens Paulus liberum arbitriuz ſimul eſſe cum gratia, ⁊ operari cum ea : dicit ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. Quandam feminam qui ſpiritualis apparebat, inueni in Jtalia in iſto errore dicentem deum in nobis ſine nobis omnia operari, ⁊ correcta remanſit. Jſte error Manicheorum dicentium nihil in nobis eſſe poſitum : qui negant arbitrium liberum, tollitur.xxiij. q.iiij. §.non ergo.⁊.§. ſed in his. ⁊ de peniten.diſtin.ij.ſi enim poſt.iiij. colum. verſi. liberi arbitrij. Et licet gratia dei ſit : quod creati ſumus : quod viuimus quod mouemur:tamen hic Apoſtolus loquitur de gratia gratum faciente: ſine qua nullus homo ſaluari poteſt. Eſt enim duplex gratia:creatrix ⁊ ſaluatrix. Per gratiam creantem virtutes naturales ſunt nobis inſite. Per gratiam ſaluantem bona perdita reſtaurantur, ⁊ opera deo grata eliciuntur.

Gratia duplex.

Huius gratie multiplex eſt effectus. Primo namqꝫ liberata culpa cum arbitrio libero:⁊ a pena eterna: vnde ps.lxxj. Et vſuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum ⁊c.vbi gloſ. Uſura eſt pena eterna:quia plus inuenitur in ſupplicijs : quam commiſſum ſit in peccatis. Hec gratia ſemper offertur homini ſi velit eam accipere. Heb.xij. Contemplantes ne quid deſit gratie Dei.j. Pet.j. Sperare in eam que offertur vobis gratiam. Secundo preparat voluntatem vt bonum velit. Bonum autem velle poteſt niſi ipſa ſit bona. Eſſe non poteſt bona niſi a gratia: vnde Roma.ix. Non eſt volentis neqꝫ currentis: ſecundum quod vult ⁊ currit: ſed dei miſerentis:vt pre.c.ſi eniz inquit:nec eſt contra quod dicitur. Prouer.xvj. Hominis eſt animum preparare : quia homo preparat materialiter per humiliationẽ: ſed deus preparat effectiue per informationẽ:vnde.iiij. Reg. iiij. Jlli afferebant vaſa:⁊ illa infundebat. Tertio dat bene operari. Eſa.xxvj. Omnia opera noſtra operatus es in nobis dñe. Jo.xv. Sine me nihil poteſtis facere, vnde Grego. Qui aſpirando nos preuenit vt velimus adiuuando ſubſequitur ne fruſtra velimus:aliter enim vacua eſſet in homine gratia:ſi non moueretur ⁊ operaretur:⁊ hoc eſt quod ait apoſtolus: Et gratia eius in me vacua nõ fuit : vnde.ij.ad Cor.vj. Hortamur vos ne in vacuuz gratiaz dei recipiatis. Quarto protegit a malo,dando vires reſiſtendi:vnde ps.xxvj. Dominus illuminatio mea: contra tenebras ignorantie:⁊ ſalus mea,contra infirmitatem. Pſal.xv. Quoniam a dextris mihi eſt

ne commouear. Unde iam poſſum peccato reſiſtere. Roma.viij. Si deus pro nobis: quis contra nos?

Quinto promouet in bono: vt iuſtitia augeatur: vnde Luc.xvij. dixerunt diſcipuli dño. Adauge ĩ nobis fidez. q.d. auge quod dediſti: perfice quod cepiſti: de pe.diſt.ij. dum ſanctam. Sexto perficit, dando perſeuerantiam: vnde Phi.ij. Deus eſt qui operatur in nobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bona voluntate. Hanc orat. ps. Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vite mee: ideſt quãdiu ſum in hac vita mortali: ⁊ iterum ps.lxvij. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Et hec eſt gratia ſaluãs de qua Eſa.xxxj. Sicut aues volantes. ſ. protegunt pullos ſuos. ſic proteget dñs Hieruſalem: protegẽs: ⁊ liberans: tranſiens, ⁊ ſaluans. Liberat. n. ſicut dictum eſt, a malo culpe ⁊ pene. protegit, in bono conſeruando, tranſit ad meliora promouendo: ſaluat, perſeuerantiam tribuendo. Matth.x. ⁊ xxiiij. Qui perſeuera. vſqz in finem: hic ſal. erit: de pe.diſt.ij. §. euidenter. verſi. propter huiuſmodi. ⁊ §. ſeq. Itez illud vij. q.j. ſuggeſtum. Septimo complet gloriaz tribuendo. Unde Roma.vj. Stipendia peccati, mors gratia autem dei vita eterna. Zachar.xiiij. Exequabit gratiam gratie: ſcilicet gratiam patrie gratie vie: non ſecundum quantitatez: ſed ſecundum proportionem: quia ignis in Syon ⁊ caminus in Hieruſalem. Eſa.xxxj. Gratias ergo reddamus diuine gratie gratis date: non ex operibus iuſtitie que fecimus nos. ad Titũ.ij. ⁊ iij. ⁊ j. q.j. gratia: vnde. ij. ad Cor. iij. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: vnde Bern. Tria ſunt in opere bono. Primum eſt cogitare: deinde velle. poſtea perficere. Primuz operatur deus in nobis ſine nobis. Secunduz nobiſcũ. Tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos peruenit immutando malam: ⁊ immittendo bonam ſibi per conſenſum iungit: miniſtrando ꝯſenſui facultatem foris per apertũ opus noſtrum internus opifex innoteſcit. Duo ergo in predicta authoritate tangit apoſtolus, cogitationem que eſt principium omnis boni: ⁊ ſufficientiaz que eſt conſummatio vel ſeruatio, ⁊ hec duo attribuit deo: vnde Apoc.j. ⁊ vlti. dicitur. Ego ſuz alpha ⁊ o. principium ⁊ finis: Unde ⁊ precepit Numeri.xviij. Primitias ⁊ decimas offeretis mihi. xiij. q.j. §. his ita: ⁊ extra de deci. c.j. Primitie debenẽ ei in ſignum ꝙ eſt principiuz: decime vero in ſignũ ꝙ eſt conſummatio.

**Liberum arbitriuz.**

Ut aũt plene liqueat in quod bonum liberum arbitriuz poſſit per ſe: ⁊ in quo indigeat gratia. Sciendum eſt ꝙ liberum arbitrium poteſt per ſe in bonum nature. ſicut eſt dormire ⁊ vigilare: comedere ⁊ ſimilia: non tamen a ſe, quia non excluditur cauſa efficiens prima. Omne eniz quod eſt: a ſummo deo eſt: vnde ait Jo.xv. Sine me nihil poteſtis facere: vbi Aug. Non ait parum poteſtis facere: quia niſi palmes in vite manſerit ⁊ vixerit de radice: quantumlibet fructum a ſemetipſo non poteſt ferre. Quãuis aũt Chriſtus vitis non eſſet: niſi homo eſſet: tñ iſtaz gratiam palmitib⁹ non preberet niſi ⁊ deus eſſet. j. ad Cor.iiij. Quid habes quod non accepiſti? Poteſt etiam per ſe in bonum in genere: ſicut dare eleemoſynam: quod probatur hac ratione. Uidemus ꝙ animal brutum affectu naturali dat fetui nutrimentum: ergo ſi homo nõ poſſet dare eleemoſynaz ex bonis naturalib⁹: deterioris eſſet cõditionis. Ad hoc vero vt poſſit in bonuz ex circunſtantijs. ſ. in bonum morale: de quo tractant philoſophi: quod conſiſtit in exercitio politicarum virtutũ. indiget gratia data gratis: que remouet difficultatẽ que eſt in operabilibus. Ad remouendum aũt tentationem cui per ſe non poteſt reſiſtere: indiget gratia gratis ſuperaddita: vnde Joſue.vj. Anathema in medio tui Iſrael: non poteris ſtare coram hoſtibus. Ad hoc vt liberetur a peccato: indiget gratia gratum faciente: vnde Job xxxvj. Saluabit te de ore anguſto latiſſime ⁊ non habente fundamentuz ſubter ſe. Et dicitur puteus anguſtus peccatum. eo quod facilis ſit ingreſſus: ſed egreſſus difficilis: quia ſicut ait beatus Bern. Non tam facile quis valet exire de fouea: quam facile in eam labi. Sola voluntate cadit homo in foueaz peccati: ſed non ex voluntate ſufficit reſurgere. Dicitur etiam fundamentum non habere quia ex quo quis labitur in peccatum mortale: non habet per ſe in quo ſubſiſtat: donec in gehẽnam cadat. Ad hoc vero vt bene operetur indiget gratia operante ⁊ cooperante: vt dictuz eſt. Quia vero quidam non diu perſiſtunt in bono: indigent gratia perſeuerante. vnde Bernar. Gratia excitat arbitrium quum ſeminat cogitatum: ſonat quum mutat affectum: roborat vt perducat ad actum: ſeruat ne ſentiat defectum. Ut autez ſint ſtantes ⁊ proficientes perfecti indigent gratia corroborante: vnde ps.lxvij. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: vbi dicit gloſ. iuuando gratiam.

**Dei preſcientia.**

Sed quidam ſic obijciunt. Quid futurum eſt de vno quoqz homine: preuiſum eſt ab eterno: ſed preuiſio dei eſt immutabilis ⁊ infallibilis: ſecundum quod orat eccleſia. Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur: ergo illi quos preuidit ſaluandos: neceſſario ſaluabuntur: ⁊ ita de damnandis. Quare ergo orabimus vel conabimur ad bene operandum? quod futurum eſt fiet. Quibus ſic reſpondetur: verum eſt ꝙ preuiſio dei non fallitur nec mutatur: videt enim vere res ſicut future ſunt. non tñ cogit liberũ arbitriũ nec bonũ: nec ad maluz: ſed in nobis eſt ſequi deum ad virtutem: vel diabolum ad errorem. Eccli.xv. Appoſui tibi aquam ⁊ ignem: ad quod volueris extende manum. Unde ad commendationem viri iuſti dicitur Eccli.xxxj. Qui potuit traſgredi: ⁊ non eſt tranſgreſſus: facere malũ, ⁊ non fecit. Patet ergo ꝙ libere poſſumus ⁊ abſqz coactione malum operari vel bonum: ſed bonum non poſſumus ſine auxilio gratie: malum vero poſſum⁹ per noſipſos. Et eſt ratio: quia bonum operari: eſt aſcendere: tunc. n. ordinatur homo ad id quod eſt ſupra ſe: ſed operari malum: eſt deſcendere: quia maluz infra hominem eſt: vnde Gen.iiij. Nonne ſi bene egeris: recipies. Sin autez male: ſtatim in foribus peccatum aderit: ſed ſub te erit appetitus ei⁹: ⁊ tu dominaberis illius. Sicut ergo puer qui adhuc infirmus ⁊ debilis eſt, per ſe poteſt deſcendere: aſcendere vero non: ita homo per ſe poteſt ad maluz: ad bonuz vero meritoꝝ non, ſed adiungitur adiutoriuz gratie, qua mediante poſſit aſcendere. Ad hoc quod opponiẽ dicimus ꝙ vtraqz propoſitio eſt vera: ſed ꝯcluſio falſa. Nullus. n. de neceſſitate ſaluaẽ vel damnatur: ſed per opera liberi arbitrij: que ſine neceſſitate fiunt. Predeſtinatio enim non facit certaz ſalutez: ſed per bona opera que fiunt libero arbitrio: certa efficitur vocatio ⁊ electio: vnde. ij. Pet.j. Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opa certaz vr̃az vocationem ⁊ electionez faciatis: hec. n. facientes non

peccabitis

peccabitis aliquando. Quamuis enim que premiſſa ſunt neceſſario eueniát: nõ tñ huiuſmodi neceſſitas infert vim libero arbitrio: qm̄ ſicut ait Anſelmus.

Neceſſitas duplex

Duplex eſt neceſſitas coactionis. Que precedit efficit rem. vt quum dico neceſſe eſt celuꝫ volui: qm̄ violentia naturalis conditionis cogit ipſum volui: ⁊ ideo neceſſe eſt vt voluatur: ⁊ eſt neceſſitas abſoluta. Que ſequitur rei poſitionem: vt nihil efficit: quum dico, neceſſe eſt te ſedere dum ſedes: nõ quod aliqua vi cogaris ad ſedendum: ſed dum ſedes nihil poteſt facere vt non ſedeas: ⁊ talis eſt preuidentie diuine neceſſitas. Unde quid eſt aliud dicere neceſſe eſt preuiſum euenire: niſi vt dicatur: neceſſe eſt aliquem ſaluari dum ſaluatur: ⁊ neceſſe eſt futurum eſſe futurũ? Et ita per illam neceſſitatem non tollitur cõtingentia rei omnia enim que a libero arbitrio procedunt ⁊ voluntate contingunt, non neceſſario eueniunt:: de pe. diſ. ij. ſi enim. verſi. liberi. Patet ergo ꝙ ſi volumus ſalutem conſequi neceſſe eſt bene agere: quoniam ſic predeſtinauit nos deus ſaluandos per orationes ⁊ bona opera: quibus meremur vitam eternam. Unde Grego. iiij. lib. dialogorum. Obtineri nequaquam poſſunt que predeſtinata non fuerint: ſed ea que ſancti viri orando efficiunt: ita predeſtinata ſunt: vt precibus obtineantur. Nam ipſius quoqꝫ regni perennis predeſtinatio ita eſt ab omnipotenti deo diſpoſita: vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus poſtulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante ſecula diſpoſuit donare. xxiij. q. iiij. obtineri. Item Auguſti. Predeſtinatione dei ſiue ad bonum ſiue ad maluꝫ in hominibꝰ operari ineptiſſime dicitur vt ad vtrũque homines quedam neceſſitas videatur impellere: quum in bonis voluntas ſit intelligenda non ſine gratia: in malis autem voluntas intelligenda ſine gratia. xxiij. q. iiij. vaſis: alias eſt. §. ſub cap. Nabuchodonoſor. Auguſti. etiam duplicem neceſſitatẽ ponit. Unam ſimplicem: veluti omnes homines eſſe mortales. Alteram conditionis: vt ſi aliquem ambulare quis ſcit: eum ambulare neceſſe eſt. xxiij. q. iiij. §. quamuis. verſi. vnde Augu. ibi vide. ⁊ in glo. ad huius. §. intelligentiam. Item ſuper illo verbo pre. Jo. vj. Nemo poteſt venire ad me ⁊c. Augu. Magna gratie commendatio: nemo venit niſi tractus. quem trahat ⁊ quem non trahat: noli velle iudicare: ſi non vis errare, ad hoc. xxiij. q. iiij. de tyrijs: ⁊ de pe. di. iiij. ſi ex bono: in prin. ſed quia voluntate cordis credimus: iuxta illud: Corde creditur ad iuſtitiam. Ro. x. ⁊. xj. q. iij. nolite. voluntate trahimur. Quid eſt aũt trahi? ſm Aug. Delectare in dño: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tuis. p̃s. xxxvj. porro ſi poete dicere licuit. Trahit ſua quẽqꝫ voluptas. Virgiliꝰ eglo. ij. quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Chriſtum: qui delectatur veritate, beatitudine, iuſtitia, ſempiterna vita: quod totum Chriſtus eſt? xj. q. iij. exiſtimant. Porro primam gratiaꝫ neminem mereri certuꝫ eſt. de conſe. di. iiij. c. placuit: legitur ⁊ no. xxiij. q. iiij. vaſis ſub cap. Nabuchodonoſor: ⁊ in glo. ex hoc patet. Quiaquanto in iſta materia ſe amplius quis dilatat: tanto amplius ſe obſcurat. Reſtat dicere cum Paulo. O altitudo diuitiarum ⁊c. Roma. xj. ⁊ de pe. diſt. iiij. ſi ex bono. vbi de hac materia tractatur vſqꝫ ad finem diſtinctionis: ⁊ in pre. c. Nabuchodonoſor. Calcem tñ iſtius materie cum fideli Chremon qui tertiaꝫ collationem fecit de protectione dei: ſicut patet in lib. collatio. Joan. caſſia. ꝯcludaꝫ his verbis. hoc a catholicis omnibus patribus definitur: qui perfectionem cordis non inani diſputatione verborum, ſed re atqꝫ opere didicerunt: diuini eſſe muneris primũ: vt accendatur vnuſquiſqꝫ ad deſiderandum omne quod bonum eſt: ſed ita vt altera parte plenum ſit liberę voluntatis arbitrium. Itemqꝫ etiam ſm diuine eſſe gratie: vt effici valeant virtutum exercitia: ſed ita vt poſſibilitas non extinguat arbitrij. Tertium quoqꝫ ad dei munera pertinere: vt acquiſite virtutis perſeuerantia teneatur: ſed ita vt captiuitateꝫ libertas addicta non ſentiat. Sic enim vniuerſitatis deꝰ omnia omnibus credendus eſt operari: vt incitet, protegat: atqꝫ cõfirmet: non vt auferat q̃ꝫ ſemel ipſe conceſſit arbitrij libertatem. Sequitur in threnis vltimus verſus. Innoua dies noſtros dierum innouatio eternitatis preceptio. Sic a principio. egreſſus eiꝰ: ſicut ab initio eternitatis. Michee. v. Sed proijciens a te qui vbiqꝫ es. Repuliſti nos: quaſi pollutos. Iratus es: vt pater: vt non iraſceris vt iudex in furore tuo: de quo p̃s. vj. ⁊. xxxvij. Domine ne in furore tuo: ideſt in terribili condemnatione ⁊ importabili ira pro peccatis noſtris. Contra nos: contrarios tibi. Vehementer: quia vehementia ſunt peccata nunc intra eccleſiam: ⁊ innumera, in capitibꝰ ⁊ in membris. vnde ſceleratoria commiſſa: ſunt grauius iudicanda. xxiiij. q. pri. non afferamus. in fin.

Innoua dies noſtros. De iſta innouatione dicit Job. xxxix. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos: ſecundum dies quibus deus cuſtodiebat me: quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meuꝫ: ⁊ ad lumen eius ambulabaꝫ in tenebris: ſicut fui in diebus adoleſcentie mee: quando deus ſecreto erat in tabernaculo meo? Ad hoc principiuꝫ reuocamur, quum conuertimur. xxxij. q. j. apud. Inueterati enim ſumus ⁊ corrupti: ⁊ dies eternitatis perdidimus. p̃s. xxxvij. Putruerunt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee, a facie inſipientie mee. Adhuc reſtat impleri in iſta noſtra eccleſia militanti quod ſcribitur Johe. ij. Reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, ⁊ rubigo, ⁊ eruca: facit: de peni. diſt. j. ne forſitan. Locuſta vana gloria: que inanes ſaltus velociter caſura ſectatur. Hac plena eſt noſtra eccleſia: in ſaltantibus de prelatione in prelationem, ⁊ de beneficio ad beneficium. Immo pro eis ad maleficium ⁊ beneficioruꝫ non eſt numerus: quia non deeſt qui male conferat ⁊ qui male recipiat. Nec finis eſt ambitionis in iſta eccleſia in omni genere hominum. Et plus in nobis regnat qui mundo ſpecie tenus renunciauimus: extra de elec. quorundam oculos. lib. vj. Et quãquam ſancti Romani pontifices multa contra pluralitatem beneficiorum ⁊ ambitioneꝫ ſtatuerint. xcix. di. ſingula. lxx. diſt. ſanctorum. xxj. q. pri. per totum. lxxx. diſtin. epiſcopi vero extra de elec. dudum. ij. extra de preben. de multa cap. cum non ignores. cap. cum teneamur. ⁊ Lateranenſe concil. eod. titu. intantum: vbi eſt expreſſiſſimum: extra de reſcrip. capi. vlti. lib. vj. ⁊ de electio. auaritie: extra lib. vj. de preben. cum ſingula. xvj. q. j. preſbyteros. Unde ⁊ dicit lex ꝙ difficile eſt vt vnus duorum vicem obtineat. ff. de pac. ſi plures. C. de aſſe. nemo. C. de teſta. conſulta. vbi dicitur ꝙ abſurdum eſt ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Similiter dicit lex ꝙ non poteſt quis per plures ciuitates habere poteſtarias. ff. ad municipi. libertus. §. preſcrip. Nec prelatus in diuerſis

eccleſijs.x.q.iij.unio. Nec idem ſeruus uicem plu-
rium ſuſtinet dominorum. ff. de ſti.ſeruo.l.j.§. cōis
ſeruus horum tñ iurium nulla uel modica utilitas
eſt:ꝛ fruſtra membranas occupant.xix.diſt. ſi Ro-
manoꝝ. Pro nunc ſine diſpenſatione:nunc cuz diſſi
patione animarum ſuaruz:non dico diſpenſatione:
que requirit aut neceſſitatem:aut utilitatem:ut,j.q.
vij.§.niſi rigor. cum.c.ſeq.unde ubi cauſa ſufficiens
non eſt diſpenſationis,ille cum quo diſpenſat:quan
tum ad deum tutus non eſt:etiam ſi papa diſpenſet,
ut no.extra de uo.ꝛ uo.redē.non eſt:in gloſ. ſi cauſa
ſubeſt. Facilius ergo ꝛ curialius talis cum ſua diſpē
ſatione ad gehennam ſꝫ Oſtiē.ut no.pre.c.dudū.ij.
deſcendit. Paſſim clerici hodie habent beneficia
quotquot poſſunt habere per nefas non per fas: ꝛ
reuera ventri deſeruiunt. Raptores ergo fructuum
ſunt taliter perceptoꝝ:quia datur beneficium pro-
pter officium.lxxxj.di.eos. ꝛ.c.ſi quis ſacerdotum.
xxxij.di.preter hec.de cle.ex.latores.de ap. paſtora-
lis.extra de reſcrip. c. ulti.lib. vj. Bruchus gu-
la eſt.cui magnus uenter in paruo corpore:uel po-
tius uēter in toto corpore.de hoc uitio.xlj.di.ꝛ.xliij.
ꝛ di.iiij.deniqꝫ. Rubigo ꝫ qua.xlij.xlvij.ꝛ.lxxxv.
di.auaritia,que fruges ꝛ metalla inficit ꝛ corrūpit.
Jaco.v.Agite nunc diuites.ꝛ.j.diuitie ueſtre putre
facte ſunt. Eruca,luxuria,de qua.xxxij.q.v.ꝛ.q.vj.
ꝛ.q.vij.que toto corpore repens depaſcit olera:quia
luxuria inquinat corpora ꝛ animas.j. ad Cor.vj.
Adhuc etiaz implebitur de iſta noſtra eccleſia:quod
dicitur Ezech.xxxvj. Habitare faciam uos ſicut a
principio,ſcilicet in eccleſia primitiua,boniſqꝫ dona
bo maioribus. Et Aggei.ij. Magna gloria erit do
mus iſtius,ſcilicet eccleſie,nouiſſime plus ꝙ̄ prime.
Arbitror.n.ꝙ iſta eccleſia renouata ꝑfectior erit pri-
ma ecclīa primitiua:exceptis fundatoribꝰ eius.ſ.apo
ſtolis,poſt quos perfectiores in hac uita non exiſti-
mo aduenire. op.cap.xxiiij.q.ij. legatur ſingulariter
enim apoſtoli dñi fuerunt beati ꝛ perfecti in hac ui-
ta octo beatitudinibus:de quibꝰ Matth.v. ut dicit
Augu.in homil.illius euangelij. Beati pauperes,ꝛ
quibus dixit dominus. Beati oculi qui vident que
vos videtis. Luc.x. Et quibus fuit conceſſum vt tā
preſentialiter viderent ſpecioſum pre filijs hominū.
pſ. xliiij.tam familiariter ei adhererent : verba vite
ab illius ore diuino ſuſciperent:ſigna, ꝛ miracula aſ
ſidua cernerent : dulcedinem conuerſationis eius
guſtarent. Unde nec mirum, ſicut ait Hiero.ſi nec
puncto temporis paterentur ab eius facie ſeparari.

**Jra dei qualis ſit.**

Iratus es contra nos vehementer. Quando ten-
tamur ꝛ vincimur:iraſcitꝛ deus ꝯtra nos : qꝛ maior
eſt ipſe ꝛ fortior qui nos defendit, quam diabolus
qui nos impugnat.nec ſine permiſſu eius tenta-
mur. Job.j.Si autem poſtquam cadimus penite-
re nolumus: iraſcitur vehementer. Pſal. lxxxix.
Quis nouit poteſtatem ire tue ꝛ pre timore iram
tuam dinumerare. Aliquando enim iraſcitur vt pa
ter, quando verbis increpat delinquentem: ꝛ fa-
cit penitentem.xxiij.q.iiij.nimium. ꝛ cap. diſplicet.
v.q.v,non oſculatur. Iraſcitur autem vt dominus
quan do corripit durius:ꝛ ſtatim vlciſcitur : vnde
Moyſes.Exod.xxxij.Cur domine iraſcitur furor
tuus contra populum tuum? Ut iudex iraſcetur:
quum dicet. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem
eternum:quum iam nec penitentie nec venie locus
erit:quia qualis quiſqꝫ hinc egreditur:talis in iudi-
cio preſentatur.xxv.diſtin.qualis. Et qualem te in-
uenerit dominus quum vocat:ſupple de hac vita:ta
lem pariter ꝛ iudicat.de peniten.diſtin.prima,nun-
quid Cayn.

## Contra Simoniacos clericos ꝛ ambitioſos aut religioſos,ꝛ de proprietatibus ambitionis. Cap.9.

Poſtquaz dei gratia in commē-
to Threnoꝝ quod ſupra pro-
xime compleui:planxi ſanctam
eccleſiam matrem meam gene-
raliter : adhuc ſuperaddendo
planctum, plango adhuc vitia
membrorum eiuſdem in gene-
re:ꝛ in ſpecialibus ſtatibus ꝛ gradibus vt ſupra in
prohemio iſtius operis promiſi. Sponſi namqꝫ
Chriſti ſancta mater eccleſia in ſe immaculata:quia
ſine macula ſine ruga. Ad Eph.v.de peni. diſt.j.ec-
cleſia, in membris ſuis diuerſis ꝛ quamplurimis
maculis deturpatur. Nam recedens a ſponſo humi
li. Phil.ij.ꝛ.pſ.cxxx. In magnis ambulat ꝛ in mi
rabilibus ſupra ſe. Omnis enim ſuperbus in admi
rationem haberi deſiderat:ꝛ ab his adorari: ſicut
diabolus Matth.iiij.Luc.iiij. A ſponſo mundiſſi-
mo,qui eſt ſplendor glorie, ad Heb.j.ꝛ candor lu-
cis eterne,ꝛ ſpeculum ſine macula Sap.vij.recedēs,
in fetidis membris in ſtercoribus ponit niduz ſuuz.
quia, prohdolor, ſacroſanctum domini templum
ſcorto plenum eſt:ꝛ ephebia nec nominanda:ſed ca
pite plectenda. C.de adul. cum vir. in aula dei pale-
ſtrat.ij. Machabeo.iiij. vide quod ſcripſi ſupra in
Thren.in oratione Hieremie. Recordare:in prima
expoſitione: ſuper verbo adoleſcentibus impudice
abuſi ſunt: in cap.ij. Et merces poſtribuli ab officia
libus ſponſe ( quod lugubre eſt fari:ſed lugubrius
agere) ſepe recipitur manifeſte:vt ſic det occaſio non
modica hereticis impūs vocandi dei eccleſiam me-
retricem:quia ſcriptuz eſt: vide Hiere.ij.ꝛ.iij.Deut.
xxiij. Non offeras mercedem proſtibuli:nec preciuz
carnis in domo domini dei tui. Et Num.xxxv. Nō
accipias mercedem meretricis nec preciuz ſangui-
nis,ꝛ no.extra de deci.ex transmiſſa. Suffarcina-
ti etiam auro eccleſiaſtico.xij.q.ij. gloria. verſi. So-
crates. Impinguati dilatati.in canti. Moyſi.Deu-
te. xxxij. Buccas rubentes habentes:gaſtrimagi di
uerſis epulis ꝛ commeſſationibus ſpumantes: di-
uerſis ſpeciebus ꝛ falerni ꝛ meri poculis calefacti ꝛ
eſtuantes.xxxv.diſtin.eccleſie principes. Non ſer-
uitores ꝛ domicellos ſimplices ꝛ ſenes pallidos ꝛ
macilentos,ſed comptos nitidos rubicundos ꝛ iu-
uenes ꝛ procere ſtature, filij eccleſie degeneres re-
ctores ꝛ prelati vocati deſiderant habere:vt incita-
menta xenodochie ꝛ libidinis:vt ſic in eoꝝ triclinio
non trinitatis reuerentiſſime cultus:ſed ſimul habi
tet arrogantie concupiſcentie carnis ꝛ gule triplex
funiculus eos ligans:qui raro ꝛ dificillime rumpit
ab eiſdem. Eccli.iiij.de Tren.ꝛ pa.c.j. Utinam tales
eijcerentur ad literam de eorum prelationibus:lau-
tiſqꝫ conuiuijs ꝛ multo labore epulis preparatis,
non in tenebras exteriores Matth.viij.xxij.xxij.ꝛ.
xxv.ꝛ Luce.xiij.xxxv.di.eccleſie:ſed vt fierent remo
tis predictis occaſionibus in abſtinentia ꝛ ſancti-
monia fortiores:vt euacuato mero venter non di-
ſpumaret in libidines:vt in palea.xxxv.di.vinolētū.
Sed ſitiant parſimoniaz.xlj.di.parſimoniā.ꝛ mūdi
tiaz:bibentes aquaticū vel ceruiſiaz:extra de homi.

c.ij.⁊ edentes non ſimilaginem.i.florem farine, ſed ſiligines milium ⁊ panem cibarium.xij.q.ij. gloria. vt ſic ſordibus abluti ⁊ mundi per abſtinentiã veri ſponſi filij veri ſponſi ⁊ rectores dignitate ⁊ vita eccleſiarum merito dicãtur. Prohdolor, nihilominus non miror quia in regentibus communiter ſponſam chriſti ⁊ corpus eius.xxiij. q.iij. pro membris: ſcilicet eccleſiam orthodoxam adeo inualuit ⁊ preualuit philargyria.i.amor pecunie que eſt idolorum ſeruitus ⁊ radix omnium malorum eſt cupiditas.j.Timo.vj.Ephe.v.j.q.j.cum omnis ꝙ a minimo vſqꝫ ad maiorem omnes ei ſeruiunt:vnuſquiſqꝫ ad auaritiam ſuam a ſummo vſqꝫ ad nouiſſimũ declinat.Eſa.lvj. Hiere. vj. ⁊.viij. non recordantes ꝙ dicitur Abachuc.ij.Ve qui congregat auaritiã malam domui ſue vt ſit in excelſo nidus eius : ⁊ liberari ſe putat de manu mali.Aurum ſitiunt hodie prelati : aurum bibunt.j.q.j.§.ex his: vt conſeruent carni : ⁊ ſanguini erogent:non egenis, contra illud.xij. q.j.nolo.⁊.q̃.ij. aurum. Vide quod ſcripſi ſupra in Thrẽ.iij.c.ſuper verbo, quomodo obſcuratum eſt aurum.in.ij.expoſitione in c.vij.Vtinam pro minori malo, vterentur ſuperfluis : ⁊ neceſſaria darent inopibus,vterentur precioſis, ⁊ darent pauperibus vilia.xlj.diſt.non coguntur. Sed iſtius noſtri eui cõmuniter non paſtores.xcv.diſt.eſto, ſed pellium venatores cum Eſau.Gen.xxv.⁊ ouiũ tonſores.Nõ piſcatores: ſed depredatores.Non cuſtodes. Luce. ij.ſed gregis deuoratores. Non defenſores : ſed impugnatores.extra de na.ex li. ven.c.j. Non paupertatis euangelice zelatores: ſed ſubſannatores ⁊ contemptores. Non fideles diſpenſatores chriſti patrimonij.extra de elec.cum ex eo.li.vj.xxiij.q.vij. quod autem.⁊.q.viij.conuenior.⁊.xij.q.j.ſi priuatum: ſed defraudatores ⁊ diſſipatores.xij.q.iij.c.j.Regnum terrenum querentes : de paupertate chriſti ⁊ ſpiritus eius propter quam datur celeſte, non curantes. Mat.v.xij.q.ij.gloria.ver.multi.xxxv.diſti.eccleſie. Cunctis auferunt vniuerſa : omnia in ſuos abuſus redigunt, omnia deuorant : ſoli prelati partes inuadunt alienas : ſoli occidunt vniuerſos : ſic teſtificatur Hiero.pro ſuo tempore.xciii.di.diaconi.v. quod in iſto toto quaſi leproſo. Phil.j. ⁊.ij. Vere que ſua ſunt querunt.viii.q.j.ſunt in eccleſia:vt que ſua ſunt perdant: nam perdere chriſtum,eſt vere male perdere ſemetipſum. In muneribus iudicant. In mercede reſpondent. In pecunijs diuinant.j.q.j. iudices. Michee.iij. Pro pecunijs celebrant. Corpus chriſti pro pecunia vendunt cũ Juda.j. q.j. qui ſtudet. Pro pecunijs conſecrant ⁊ ordinant.j.q.j. cum ordinaretur, ⁊ pro pecunia omnia conferunt ſacramenta. Sacramenta emunt : ſacramenta vendunt: ſed gratiã non conferunt quam non habent.j. q.j. gratia:⁊ c.nullus epiſcopus. Nihil accipitur gratis: nihil datur gratis: Mat.x.Gratis accepiſtis : gratis date.j.q.j.quicquid . Pauci intrant per oſtium per hunc modum.j. q.j.ordinationes.Quilibet paratus eſt vendere ſacramenta que emit.j.q.j. quibuſdam . Nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas : nihil ſibi defendit induſtria.j.q.j.fertur.Hodie beneficiorum ⁊ ſacramentorum benedictiones potius ſunt quantum ad indigne conferentes ⁊ recipientes maledictiones.j. q.j. maledicam . Non curant nec timent hi quodammodo deſperati rectores de lepra Giezi.j .q.j. cito. Nec de ſuſpendio Jude.de peni.diſt.iij.iudas: ⁊ c.nihil: chriſtum vendentis: Mat.xxvi. Mar.xiiii. Luce.xxii.⁊ Joan.xviii. j.q.j.qui ſtudet . Nec de eiectione de templo celeſtis glorie ſi columbas vendũt : gratiam ſcilicet ſpiritus ſancti deſignati per columbam.j.q.j. quibuſdam : ⁊ q.iij.ex multis.c.ſaluator. c. vendentes. De fide male ſentire videntur: quia ſimonia cauſat hereſiz. j.q.j.qui ſtudet.cum.c.liqueat.c.petrus: ⁊ c.cum omnis.c.eos.c.fertur. pro peccato non videntur habere, cuius tamen comparatione cetera crimina pro nihilo reputantur . extra de ſimo. per tuas.j. q.vlti. Vbi ſimoniacos vocat Paſcalis papa precipue hereticos.⁊ extra de ſimo.per tuas.j. Nihil hodie datur gratis:q2 nec aliquid recipitur gratis:q2 dicunt collatores: quod comparauimus vendimus : vt p̃ alleg.c.quibuſdã. Quicunqꝫ emit laudat quod vendit ⁊ lucrari deſiderat.j.q.iij.ſaluator. Sed ſm Auguſt.Lucrum in burſa damnum in conſcientia. Vẽdidit ſacrum: perdidit fidem: pecunia dantis ⁊ accipientis cum eis ⁊ Simone in perditione erit. Act. viij.j.q.j.qui ſtudet.c. cito. ⁊.q.iij. ſaluator. Leproſi ſunt ſimoniaci.j.q.j.cum ordinaretur, ⁊ c.cito.Trapezite ſunt.xxiii.diſt.in nomine domini. Non iſraelite: ſed giezite: prec.c. qui ſtudet.Sed de lepra anime non curant,quia in vano accipiunt animaz ſuã. p̃s.xxiii. De facto aliam vitam non credentes cum Simone mago puram fidei conſcientiam non habentes.j.q.j.petrus.Allegant conſuetudinem in huiuſmodi venditionibus ſimoniacis : corruptelã potius auaritie ardore ⁊ cupiditatis illectam.extra de ſimo.non ſatis.c.cum in eccleſie.j.q.iii.ſi quis prebẽdas . Nam conſuetudinem ratio ⁊ veritas ſemper excedit ( alias excludit) diſ.viii.veritate , cum capi. ſeq. Sed vtinam conſiderarent hi poſteri Simonis harioli: ꝙ etſi non hic: in loco tamen tormentorum per tortores.de peniten.diſtin.iiij.tradidit: irremediabiliter torquebuntur. Sed dicunt hi leproſi. Samueli offertur a Saule quarta pars ſicli : ſed vere non recipit: ſed Saulem pauit.j.Reg.ix.j.q.j.iudices : ſed nec Heliſeus vi tractus quicqꝫ recepit a Naaman de bonis damaſci: ſed ait. Viuit dominus ante quem ſto : quia non accipiam . Quumqꝫ vim faceret : penitus non acquieuit. iiii.Reg. v.j.q.j.iudices.in fi. Et prohibuit beatus Coſmas ſanctum Damianum germanum ſuum ſecum in vno tumulo ſepeliri : quia a quodam ſanato ab eis quoddam acceperit munuſculum gratis oblatum : quod contra ius non eſt.j.q.ii.c.j.⁊ c.ſicut epiſcopum.xviii.diſtin.de eulogijs. Sed dicunt iſti ficti prelati, ſacramenta non vendimus:ſed dicendum eſt etſi ipſa ſacramenta inuendibilia non vendant contra ſacros canones: vendunt vocem,ſigillum, ⁊ calamum.p̃c. c.ſicut ep̃m: ⁊ in palea: preall.c.nullus abbas. ⁊ extra de ſimo.c.j.vbi de hoc.Et canoni fraudẽ faciunt de perſona ad perſonam: quia quicquid accipit notarius pro literis ordinatorum: vel totum vel quaſi totum tollit ep̃s. De qua fraude quomodo quadrupliciter committatur,no.xiiii. q.iii.pleriqꝫ.⁊ extra d̃ priuil.quanto. Et acceſſorium vendendo ſcilicet ſigillum ⁊ chartas: ordinẽ vendit.j.q.iii. ſi quis obiecerit. Nec dicant ꝙ datur precium poſt ordinem acceptum , quia ex quo datur ex pacto : vel exigitur vel petitur : prohibitum eſt etiam poſt dare : vt preallega.ca.ſicut ep̃m: quia accipere eſt quandocunqꝫ accipere.j.q.j.eos qui.in fi.⁊ q.iii.ſaluator. ⁊ c.ſi quis prebendas : adde quod ſcripſi ſupra in.ii.parte hac in.ii.c.Thre.quod incipit quõ.in ver.principes no-

Fraus p̃latoꝝ in accipiẽda p ordinatione pecunia.

*Simonie lepraz author inſectatur.*

ſtri prelati in c.v.⁊ in additione ibi poſita, ⁊ infra in cap.xx.in.§.ſed vt ſciant.ver.xxiiii. Hi ergo prelati venales aurum pro ſpiritusancto recipientes, lepram dederunt: ⁊ lepram ſibi retinuerunt.j.q.j.cuꝫ ordinaretur: ⁊ male queſita mercede non tam patrimonij facultatem qꝫ theſaurum criminum congregant eterno ſupplicio ⁊ breui fructu.j.q.j.cito. in fin. O lepra contagioſa: lepra fetida vſqꝫ ad aures domini ſabaoth, lepra labefaciens interiora vitalia, ⁊ ſacra in dei eccleſia ſacrificia, abominabilis deo ⁊ diuinis hominibus, apud homines incurabilis, ſoli deo chriſto domino qui apparere voluit tanquã leproſus. Eſa.liii. Cura poſſibilis: ſed rara ⁊ admirabilis. Utroqꝫ teſtamento prohibita es. vt prec. c.qui ſtudet. Sanctio ciuilis te reprobat. ff. ad.l.iuli. de ambitu.l.j.j.q.vij.ſancimus. Canonica te hereticam vocat: vt preall.c.cum liqueat: ⁊ c.petrus.c.fin. A templo dei eijceris cuꝫ flagellis.j.q.iii. ex multis. iiij.Reg.v.Joan.ij. Ab helizeo lepra perfunderis: a Petro in perditionem damnaris. Actu.viii.j.q.i.§. quia ergo: in fi. Que fieri debent leproſis. Leuit.xiij. tibi competunt. Quia caput nudum habes: vt cognoſcaris ⁊ confundaris: quia caput habes vulneratum.j.q.j.ventum eſt. Os veſte contectum: ne alios tu draco flatu inficias.c.xxxij.q.iiij.in eo. quia contagioſa es.j.q.j.cito. Conciſam veſtem: quia eccleſiam diuidis: quia peſſime ambis ⁊ mercaris: ⁊ ab eccleſia que vna eſt diuideris.xvi.queſt.vij.ſicut: contagioſa ſemper ⁊ ſordida apparebis. Exod.iiij. quia manum ad burſam poſuiſti: ⁊ extrahendo ſoluiſti: etſi hominibus, deo tamen non latuiſti.xv.q.vi.cap.j. Cum Ozia ſanctuaria profanaſti ⁊ leproſa effecta cum lepra vſqꝫ ad mortem permãſiſti.ij.Paral.xxvi.ij.q.vij.§.his ita. Perraro enim ſimoniaci vere confitentur: nec dimittere beneficia acquiſita ſimoniace ſunt parati: nec ordinis executioni infecti renunciare: ſed nec aliter ſalui fiunt.j.q.j.ſi quis neqꝫ: ⁊ c.ordinationes: vbi de hoc: extra de ſimon. ex tue: ⁊ cap.Mattheus: vbi de hoc.xiii.diſt.nerui. Aurum habes cum Naaman ſyro.iiij.Reg.v.ſed leproſo.j.queſt.j.qui ſtudet: ⁊ ca.cito. De domo Joabes.ij.Reg.iij. eccleſie inimica. Sic enim Joab interpretatur. Fluxum ſanguinis pateris: quia emendo ⁊ vendendo tuum ⁊ multorum ſanguinem fundis: te ⁊ multas animas perdendo: fuſum tenes: qꝛ mollis ⁊ effeminata es: tota reſoluta in corde terre. Gladio transfoderis ſcilicet in precordijs conſciẽtie tue propter vermem conſcientie corrodentem: vt prec. c.Mattheus: ⁊ nulla talis plaga ſicut ſtimulus cõſcientie. Eccl.xiii. Beatus qui non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Pane cares: quia panis viuus angelorum, de conſec.diſti.ij.omnia: ⁊ c.ſicut: quem tu vendis ⁊ emis, ſicut panem materialem: recedit a te: ⁊ fames vt canis. ps.lviij. quia conſolatione dei priuata, ciuitatem mundi in qua eſt contradictio circuis comparas ⁊ vendis. Ambitioſa es. Antiochum adis: vt compares principatum: talenta promittis cũ Jaſone.ij.Machab.iiij. Propter te ignis charitatis almus in eccleſia dei extinctus eſt: quia nihil pro amore dei aut proximi digni ĩ eccleſia dei quaſi hodie fit.j.q.j.ſicut eunuchus: quia chriſtus charitas ⁊ ſpiritus ſanctus amor venditur tota die: vt pre.c.qui ſtudet: ⁊ cap.nullus epiſcopus. Uirus habes occultum o honoris cupiditas: quia clã paciſceris de primatu.xl.diſti. quicunqꝫ. Mater es hypocriſis: quia apparet prelatus: ⁊ coram deo nõ eſt: quia in ſua radice vitiatus eſt.j.q.i.quibuſdam. Fateor: characterem habet: ⁊ characterem confert, ſed vitioſum: no.prec.cap.ordinationes: ⁊ legitur ⁊ no.j.q.j.dominus: quia intus ortus talis occidit.j.q.j.fertur.no.extra de ſimo.tãta. Cyprianus martyr te ſimie comparauit.j.q.i.ſi quis inquit: quia effectum ſacramenti non tribuis: ideſt executionez ⁊ gratiam.pri.q.pri.§.ex his: quuꝫ ſcienter a ſimoniaco alij ordines recipiunt: vt ibi.⁊ pri.q.pri.ꝑ Eſaiã, ⁊ capit.dominus. Doli artifex es: quia ſuperiorum peſſima adulatrix: vt aliquid lucreris ab eis. Et ꝓ precio beneficii offeras munus lingue pri.q.ꝑ.ſunt nonnulli.

*In ambitionez inuehitur.*

O ambitio: nedum ſuperiora agis cũ tua filia ſimonia: ſed ⁊ ſuperiores prelatos aſſocias: tuum caput vulneratum inclinas: encenia mittis: non ſolum eſculenta ⁊ poculẽta: de quibus legitur ⁊ no.extra de reſcrip.ſtatutum.lib.vi.⁊ de vit.⁊ hone.cleri.cum ab omni, ⁊ de ſimo.etſi queſtiones: ſed dextrarios: pannorum pecias: ⁊ vaſa aurea ⁊ argentea: ⁊ alia occulta auri ⁊ argenti talenta. Blande ⁊ humiliter ⁊ reuerenter loqueris dominis: vt lucreris. Dimittis curam parochianorum tuorum: ⁊ cultum diuinorum officiorum quibus es obligata.vij.q.pri.ſicut.xcij.diſti.c.vlti.lxxxi.diſtin.eos, vt trotes. Junge quod ſcripſi ſupra in Thren.in.§.recordare in.vij.c.in textu quaſi vidua: ⁊ curras poſt caudas equorum dominorum tuorum. Tanta eſt cupiditas tua ⁊ honoris auiditas: ꝙ quum ſaltem extra ſis libera in terra tua ⁊ in eccleſia tua: vbi habes beneficium tuum: in curijs ſuperiorum efficeris peſſima ſerua. Diues eras in mundo ⁊ contentari poteras: ⁊ in pace quodammodo bonis tuis gaudebas. Sꝫ radicata cupiditas inſatiabilis.xlvii.diſt.ſicut.xiiii.q.v.quid dicam: auiditas ⁊ mens honoris auida te egere: ⁊ quodammodo mendicare, ⁊ in labore inutili continuo viuere, ⁊ bonis tuis non gaudere coarctat.xlvij.diſt.bonorum: ⁊ cap.niruz: vbi dicit Leo. Mens potẽtie auida nec abſtinere nouit a uetitis: nec gaudere conceſſis: nec pietati adhibere conſenſum. Et uiuere in curiis magnatum: ut dei iuſto iudicio ipſa tua ambitio duplici contritione te conterat in anima ⁊ in corpore, diuino ſpiritu non contritum. Hiere.xvii. ubi dicitur. Et duplici contritione contere eos domine deus noſter. Quia tua ambiẽs proteruitas hoc meretur.c.extra vt lit.non conteſta. quoniam.§.fi. Sepe enim quis ſimul duplici pena punitur. extra de rapt. in archiepiſcopatu: legitur ⁊ no.xvii.q.iiij.attendendum: regulariter non: vt legitur ⁊ no.extra de iudic.ac ſi clerici: vbi de hoc: vt ipſa tua cupiditas in te proprium more carnificum debacchetur authorem: teqꝫ excruciet ⁊ conſumat. Utinam igitur iam veniat diu deſideratus dei vicarius in eccleſia ſua aliquis: qui eiectionem de templo quam incepit de te facere dominus Jeſus: vt Marc.xi. Luce.iii. Joan.ii.c.⁊ Matth.xxi.dicunt ſimpliciter eiecit: ⁊ pri.q.pri.qui ſtudet: ⁊.qõ.iii.ex multis: adimpleat ⁊ perficiat cum perſeuerantia vſquequaqꝫ. Quia poſt duas eiectiones de templo: quas de te fecit dominus.ſm Augu.quarum vnam ponit Joan.aliam tres alii euangeliſte: vehemẽter in templo eius ſuccreuiſti: ⁊ eius templum profanaſti: ſed tertiam peremptoriam expulſionem faciet ille ſanctus ſanctorum: qui omnia eccleſiaſtica dare gratis precepit per ſuum vicarium: vel, prohdolor, per exteras poteſtates: confido certiſſime antequã tranſeat breue tempus. Ait enim ille chriſtus gra-

tioſus,

tioſus. Gratis accepiſtis gratis date.j.q.j.c.j.⁊ c.qc- quid: ⁊ q.iij.ſaluator. Matth.x. vbi Chryſo. Uide autem qualiter moꝛum diligentiam non minus habet chꝛiſtus q̃z ſignoꝛum: monſtrans quoniam ſine his nihil ſunt. Etenim ſuperbiam eoꝛuz pꝛemit, dicens Gratis accepiſtis, ⁊ ab amoꝛe pecuniarum mundos eos pꝛeparat, dicens: gratis date. Uel vt non videatur eoꝛum beneficium eſſe: ait gratis accepiſtis.q.d. Nihil vos de veſtro largimini ſuſcipiētibus. Neqꝫ enim mercede hoc accepiſtis: neqꝫ laboꝛantes. Mea eſt gratia: gratis eam accepiſtis: ita igitur alijs date. Neqꝫ enim eſt condignum pꝛecium eoꝛum inuenire. Igitur timenduz eſt vehemēter, ꝙ niſi dei vicarius arcem ſyon tenens, iſtaz eiectionem ſimoniacoꝛum ⁊ giezitarum cito faciat: ꝑmittat deus fieri: vt pꝛedixi: in gladio furoꝛis ſui ꝑ exteras poteſtates: ſicut fecit contra Anglicos ⁊ Hiſpanos.lvi.diſt.ſi gens. Foꝛmido etiam ne Balthaſar diripiens pꝛecipue pꝛopter hoc vaſa ſacra Hieruſalem bibat ⁊ edat in eis cuz concubinis ſuis. Dañ. v.de conſe.diſt.j.veſtimenta.xij.q.ij.aurum. Sed foꝛtius trepido ne pꝛopter ſcelera pꝛedicta maxime ſimonie, heretice, ⁊ ambitionis, ſicut ager aretur Hieruſalem: ⁊ ſicut cuſtodia pomerij collectis pomis ⁊ fructibus deſolati. Michee.iij.j.q.j.iudices. Neceſſe eſt enim eccleſiam tribulari ⁊ purgari.l.diſt.⁊ purgabit: ſed impoſſibile eſt ꝙ ſit nulla.xxiiii.queſt.pꝛi. pudenda.in fin.

De ſtatu papali, ⁊ ꝙ Papa peccare poteſt, ⁊ grauius q̃z alij ⁊ grauioꝛ eius pena. Et quid agere debeat Papa. Cap. 10.

Quia vſqꝫ adhuc de vitijs maxime ſimonia coꝛruptoꝛum membꝛoꝝ eccleſie locutus ſum generaliter: Nunc ad ſpeciales ſtatus eccleſie vt pꝛomiſi ſuperius, deſcendendo: tangam vitia ⁊ defectus eoꝝ: vt in hoc tractatu ſe de illo ſtatu ſpeculantes, ⁊ vitia ſua videntes, ⁊ coꝛrigentes, ⁊ ſanctam eccleſiam amplius non ſcandalizantes, in eccleſia exiſtentes vere filij eccleſie cenſeantur. Naz ſm Auguſti. Nec ille dicendus eſt eſſe in eccleſia: ⁊ ad iſtam ſocietatem ſpiritus pertinere: qui ouibus chꝛiſti ficto coꝛde miſcetur: ſpiritus enim ſanctus diſcipline effugiet fictum. Sap.j. Neqꝫ enim ad eccleſiam illi ſoli non pertinent qui ſeparationis aperto ſacrilegio manifeſti ſunt: ſed etiam illi qui in eius vnitate coꝛpoꝛaliter miſti per peſſimam vitam ſeparantur.xxiiij.q.iij. de illis. Ego autem ſcriptoꝛ cum Hieremia paupertatē ⁊ miſeriaz uidēs meā. Thꝛe. iij.in pꝛin.ad literam neminem nomino: conſcientia ſua conueniat vnumquemqꝫ.viij.q.j. quid autē: ſed vitia que quilibet in quolibet ſtatu debet habere odio, tango.lxxxvi.diſt.odio. xxiij. q.iiij. duo. A capite ergo a quo ratio eſt edenda.ff. de edēdo: argentarius: ⁊.l.diſt.⁊ purgabit, ⁊ c.quia tua: incipiēdo: qꝛ ſm Grego.papam. Capite langueſcente facilius cetera coꝛpoꝛis membꝛa inficiuntur. vi.q̄.j. c. ſunt plurimi.c.ex merito. Uulnerato nanqꝫ paſtoꝛe pꝛincipali, quis curandis ouibus adhibet medicinam: j.q.pꝛi.fertur. A reuerendiſſimo dei vicario domino papa.extra de trāſla.inter coꝛpoꝛalia: ⁊ c.quāto. Qui eſt caput totius eccleſie ſicut Petrus. xxij. diſt.c.ii.quia quum homo ſit: peccare poteſt.xl.diſt. ſi papa. Et aliud dicere, erroꝛ eſt. de pen.diſt.ij.ſi enī. Incipio: non ponens ſpecialiter os in celum: tāgendo eius vitia.xxi.diſt.c.ſi.ſed aliqua ſcribens que cōuenit ⁊ opoꝛtet ipſum facere: in quibus ſi offenderit, ipſe viderit: ⁊ non ego. Omnia enim peccata ſua occulta ⁊ manifeſta, excepta ſola hereſi pꝛobata ⁊ contumaci, deum habent vltoꝛem ſolum ⁊ nō aliū. ix.q.iij.alioꝛum.xxi.diſt.nunc autem. Et de iſta materia ſupꝛa maxime in.v.⁊.vi.cap.in pꝛi. parte iſtius operis latius diſputaui. Et quia ibidē latiſſime eius poſui poteſtatem: in iſta.ij. parte ad pedes ſanctitatis eius iacens ſeruus, excitabo dominum meum: vt poteſtatem ſuam conſeruando maxime grauiter non peccet: quia hoc ad potentiam ſuam non pertinet: quia ſm Aug.poſſe peccare, non eſt aliquid poſſe: immo aliquid non poſſe. Unde ſolus deus: cuius ipſe eſt vicarius, uocatur omnipotens qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt que poſſe eſt aliquid poſſe de pen.diſti.ij.§.ſi. Immo Petrus qui ceteris plus chꝛiſtum dilexit. Joan.vlti.vi.q.pꝛi.imitare, lapſus eſt: vt ibi.⁊.l.diſtin.fidelioꝛ.⁊.c.conſiderandum. Et poſtq̃z receperat ſpititumſanctum a Paulo repꝛehenſus eſt: quia repꝛehenſibilis erat: ad veritatem euangelij non recte ambulabat. Gal.ij.ij.q.vij.paulus.⁊.c.puto. Unde elegāter ait papa Symmachꝰ. xl.diſt.c.j. Non vos beatum Petrum, ſicut dicitis: ſcilicet vos heretici: a domino cum ſedis pꝛiuilegio vel ſucceſſoꝛes eius peccandi licentiam iudicamus ſuſcepiſſe. Ille quippe perennem meritoꝛum dotem cum hereditate innocentie tranſmiſit ad poſteros.i. ſuos ſucceſſoꝛes ⁊c. Ut ergo Romani pontifices ſucceſſoꝛes Petri ⁊ vicarij dei.extra de elec. vbi periculum.⁊.c.fundamenta.lib.vi. pꝛiuilegio poteſtatis tradite Petro rite vtantur: retineant non Petri lapſum, ſed innocentiam ⁊ ſanctitatē eius. xxiiii. q.pꝛi.manet: quia ⁊ quum nedum chꝛiſti ſed etiam Petri vicarij ſint omnes Romani pontifices. lxiij. diſt.ego lodoicus.pꝛi.q.pꝛi.non quales.⁊ q.vii.quotiens.⁊.ij.q.vii.in ſancta.xxv.q.j.nulli fas. Et in legenda beati Joannis pape martyris: ⁊ notat Archid.extra de elec.fundamenta: ſuper verbo vicarii dei.lib.vi.ſicut tenent vices potentie: ſic ſanctitatis ⁊ innocentie: vt pꝛeal.c.j.xl.diſti. Peccare ergo poteſt papa: ⁊ grauius q̃z quiuis alius: quia quanto gradus altioꝛ, tanto caſus grauioꝛ: ſm Greg.de pe. diſt.ii.pꝛincipium. Et ſm Chꝛyſ.xl.diſt.homo chꝛiſtianus: vbi de hoc. Et ſm Hilariuz papam.xxv.q. pꝛi.nulli fas.ver.dicitur. Siquidem maioꝛi reatu delinquit: qui potioꝛi honoꝛe fruitur: ⁊ grauioꝛa facit vitia peccatoꝛum, ſublimitas peccantium, ⁊ loquitꝛ de papa peccante. Et ſm Hiero. Non ſanctoꝛum filii ſunt qui tenent loca ſanctoꝛum: ſed qui exercent opera eoꝛum.xl.diſt.non eſt facile. Idem Greg.e.di. nos qui pꝛeſumus. Et ſm Bonifacium martyrez. Si papa malus fuerit: innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit pꝛimo mancipio gehenne cuz ipſo plagis multis vapulaturus ineternum.xl.diſti. ſi papa.q.di. Maioꝛ eſt pena ſua, omnium, ſicut diaboli. Et ſm Symmachum, non habebit de allegationis nitoꝛe ſubſidium: quando ipſoꝛum factoꝛuz vtetur eo teſte quo ⁊ iudice. Nā ⁊ ab eo cui plus cōmittitur: plus exigitur.ix.q.iii.alioꝛum. Et qꝛ aliis potentioꝛ: ſi offenderit: toꝛmenta potentius patietꝛ. viii.q.j.illud. Sap.vi. Quapꝛopter ſm Joā.duo teſtes ſufficerent contra papam, quod intelligo etiam in caſu hereſis.xl.diſt.ſi papa. Et quāq̃z in condem-

natione epiſcoporum.lxxij.teſtes, ⁊ preſbyterorum
cardinalium.xliiij.⁊ diaconorum cardinaliũ. xxvij.
requirantur. vt.ij. q.iiij. preſul. In condennatione
tamen pape, vt dictuz eſt, duo ſufficiunt. Nec in hoc
priuilegiatus eſt: immo deterioris conditionis, qr
ipſe maior ſine comparatione aliorum creatus eſt, ⁊
ideo ſine ſpe venie condemnandus: vt diabolus.de
peni.diſt.ij.principium, vt no.Jo.in preal.c.preſul.⁊
Anaſtaſius quia Acatium hereticum occulte reuo-
care voluit: diuino iudicio percuſſus fuit. Nam duz
aſſellaret, inteſtina emiſit: legitur ⁊ no.xix.diſt.Ana
ſtaſi⁹. Unde ⁊ errare poteſt papa: vt ibi: ⁊ no.xxiiij.
q.j.a recta. Et legitur in legẽda beati Euſebij ꝙ Li
berius papa arriane perfidie conſenſit. Et quidam
papa Leo non doctor arrianus fuit, cui dixit ſanct⁹
Hilarius ꝙ non erat leo de tribu iuda vt legitur in
legenda eius. Item dicit Aug. ꝙ quanto Adam
deo erat proximior: tanto magis peccauit. de peni.
diſt.v.conſideret. Papa dicitur apoſtolicus: cu-
ius ſtudium debet eſſe circa profectuz imperij.xcvij.
diſt.victor. Quia olim de ſacerdotibus nati ex legi-
timo matrimonio fuerunt promoti ad papatuz.lvi.
diſt.in palea. oſius. ⁊.§.cum ergo. Propenſius eſt
pro papa orandum: quia ex ipſo dependet ſalus om
nium.xl.di.ſi papa. Quia in cultu dei maiorem zelũ
d̃bet habere q̃z alij chriſtiani.xxiiij.q.j.officij. Quia
bonitas ipſius ſalus eſt omnium: ⁊ peruerſitas ip-
ſius cedit in damnationem innumerabilium perſo
narum.preal.c.ſi papa. Defert epiſcoporum ⁊ eccle-
ſiarum priuilegijs: niſi in caſu neceſſitatis. ix.qõ.iij.
nunc vero: ⁊ c.ſeq.xi.q.j.peruenit. Confirmare vſq3
ad animam ⁊ ſanguinem debet papa ⁊ ſeruare que
a ſuis preceſſoribus ſancta ſunt.xxv.q.j.ſunt quidá:
⁊ per totam illam queſtionem. Ex authoritate eius
conciliorum ſtatuta reprobantur.xvij. diſt.concilia.
Et abſoluit quos concilium damnauit.ix.q.iii. cun
cta: ⁊ c.fratres. Ab omnibus ſibi obediendum eſt.
xciij.di.ſi inimicus: ⁊ c.ſeq. Non dat papa vni eccle
ſie priuilegium in damnum alterius.xxv.q.ij. de ec-
cleſiaſticis. Quia ſic debet reputari ſtatutum pape,
acſi ab ore dei vel beati Petri eſſet prolatum.xix.
di.ſunt omnes. Non licet alicui de ei⁹ iudicio diſpu
tare: vel ab eo appellare.xvij.q.iiii.neminem. ix.q.
iij.cuncta: vide in prima parte iſtius operis in.xv.c.

Ad conſeruationem ergo innocentie ſue: ⁊ purga
tionem peccatorum ſuorum, nihil ſic Romano põ-
tifici maxime proficit ſicut aſſidue pro parte tempo
ris conſiderationi ſui ⁊ ſtatus ⁊ vniuerſalis populi
ſibi commiſſi vacare: non totum actioni ſe dare: exẽ
plo Moyſi: qui nunc aſcendebat in montez: vt ibi
gloriam domini cum maiori cerneret libertate: nũc
vero deſcendebat in caſtra, vt neceſſitatibus popu-
li prouideret. Exod.xxiiij.⁊.xxxvi.diſtinc.ſi quis: ⁊
lxxxviij. di. decreuit. ⁊ extra de renun. niſi cum pri-
dem.§.ne putes. vnde Ezech.iii. primo domin⁹ ait
prophete. Surge ⁊ egredere in campũ: deinde. In-
gredere ⁊ includere in medio domus tue. vbi dicit
Greg. ꝙ ſemper predicator ⁊ prelatus debet ad mõ
tem recurrere: humilitatem atq3 munditiam intrin
ſecus cuſtodire: poſt campum neceſſe eſt vt domum
redeat: quatenus in ijs que dicit qualis ipſe ſit iuxta
conſcientiam agnoſcat: hoc idem notatur.j. Reg.x.
vbi dicitur Sauli inuentis aſinis. Pater tuus ſoli-
citus eſt pro vobis: qr celeſtis pater noſter ita vult
nos proximorꝫ ſalutẽ querere: vt curã ſalutis ꝓprie
nõ negligam⁹. De ſeptẽ conſiderationibus pape.

Septẽ cõſiderationes ſummo põtifici diligentius obſeruande.

Prima ergo cõſideratio Romani põtificis erit:
An canonice ſit electus: vt vitet perpetuum anathe
ma.ſ. a duabus partibus cardinaliuz conſentienti-
bus in eum: eo non computato. Ceſſantibus iura-
mentis, pactionibus, conuentionibus, obligationi
bus, cõdictis, intendimentis, ſimoniaca hereſi, vio
lenta intruſione, nullo alio vero papa ſuperſtite, ⁊
ꝙ ipſe electus catholicam teneat vnitatem: alias nõ
apoſtolicus, ſed apoſtaticus haberetur, hec legũtur
⁊ no.extra de elec.licet.xxiii.diſt.in nomine domini.
lxxix.diſt.c.j.c.ſi quis papa.⁊.c.nullus pontifice. c.ſi
duo.c.ſi quis pecunia.c.ſi tranſitus.extra de elec.vbi
periculũ.lib.vi.⁊ in cle.de elec.ne romani.xvi. q.vij.
ſane.vij.q.j.nouatianus.c.deniq3.c.non furez.xxiiii.
q.j.didicimus. Adde hic quod ſcripſi ſupra in ꝑma
parte in c.j.§.primus. Secunda conſideratio. An
ſufficiens ſit ⁊ idoneus ad regendam vniuerſalem
eccleſiam: ⁊ ſummi pontificatus onera ſupportan-
da.extra de elec.vbi periculum.§.ceterum.in fi.li.vi.
xxiii.diſt.in nomine: ⁊ hoc ſecundum poſſibilitatez
humane nature. Nam talis debet eſſe qui nullius
incongrue voluntati deſeruiat: ſed vita ⁊ moribus
decoratus, tãto ordine dignus valeat inueniri. viii.
q.ij.illud. Et qui ſit preſtãtior ex omni populo ⁊ do
ctior. In omni virtute eminentior. In quo concur-
rant omnes animi virtutes. Nihil ei deſit ſapiẽtie,
nihil ſcientie: nihil deſit induſtrie. Omnis ei adſit
multitudo ſenſuum: adſit omnis congregatio ſan-
ctarum cogitationum: vt quid ſit ſummus ponti-
fex, quid eius vnctio: quid indumenta, quid pote-
ſtas conferens intra ſacrarium cordis ſui poſſit ad-
uertere.viii.q.j.licet. Sit etiam talis qui habeat ſpi-
ritum dei: ⁊ precepta dei in conſpectu eius. Sit in
quo ſit claritas legis ⁊ ſcientia.viii.q.j. ſi ergo. De-
bet eſſe cum Clemente predeceſſore optime erudi-
tus, ⁊ doctus, irreprehenſibilis, maturus, ⁊ paui-
dus.viii.q.j.oportet. Qualis etiaz eſſe debeat po
nit conciliuz Carthaginenſe, dicens ꝙ quilibet epi
ſcopus maxime ſummus natura ſit prudens doci-
bilis: moribus tẽperatus, vita caſtus, ſobrius, per-
uigil, ſemper ſuis negocijs cauens, non habens ſim
plicitatem aſininam: propter quam repellitur quis
a promotione.xxxix.diſt.petrus: humilis: affabilis:
miſericors: literatus: in lege domini inſtructus: in
ſcripturarum ſenſibus acutus ⁊ cautus: in dogma-
tibus eccleſiaſticis exercitatus: omnia fidei docu-
menta verbis ſimplicibus aſſerens: ſuſcipiens pa-
patuz non ſue delectationi nec ſuis moribus ſed pa
trum definitionibus: hec ponuntur.xxiii.di.qui epi
ſcopus. A vulgari vita ſecluſus: a mundi voluptati
bus abſtinens: ſpectaculis: pompis non ſe commi-
ſcens: conuiuia publica fugiens: priuata non tan-
tum pudica ſed ⁊ ſobria colens: vſuris nequaq̃z in-
cumbens: nec turpium occupationibus lucrorum:
non fraudis cuiuſq̃z ſtudiuz appetens: amorem pe-
cunie quaſi materiam cunctorum criminũ fugiens:
ſecularia officia negociaq3 abnuens: honoris gra-
dum per ambitionem non ſuſcipiens, pro benefi-
cijs medicine dei.i.pro ſacramentis munera non ac
cipiens: dolos ⁊ coniurationes cauens: odiuz emu
lationem obtrectationem atq3 inuidiam fugiens:
non vagus oculis: non effrenus lingua aut petulás:
fluidoq3 geſtu incedens: ſed pudorem atq3 uerecun
diam mentis ſimplici habitu inceſſuq3 oſtendens:
obſcenitates etiam membrorum ⁊ verborum ſicut
⁊ operum penitus execrans: viduarum ⁊ virginuz

Qualem deceat ſũmum eſſe põtificez.

frequentationem

frequentationem fugiens, contubernia extranearũ feminarũ nullatenus appetens, caſtimoniaꝫ quoqꝫ inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudens, hec leguntur.xxiij.diſt.his igitur. Talis etiaꝫ erit papa: cuius comparatione ceteri grex dicantur. xxv. diſt.§.nomine. In quo concurrunt tredecim capitula apoſtolice regule.ſ.ꝙ ſit ſine crimine, vnius vxoris vir, non violentus: prudens: ornatus: hoſpitalis: pudicus, doctor, non percuſſor, non litigioſus, non cupidus, domui ſue bene prepoſitus, non neophytus: que ponuntur.j.ad Timo.iij. ꝛ ad Tituꝫ.j. ꝛ proſequitur ea Gratia.xxv.diſt.§.nunc autẽ, vſqꝫ ad.l.di. Debet etiam ſummus pontifex ſcire legeꝫ dei ſcrutabiliter ꝛ non tranſitorie: ſacros canones: ſanctum euangelium: ꝛ diuini apoſtoli librum: diuinam ſcripturam atqꝫ mandata conſeruare: ꝛ docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia eñi ſummi ſacerdotis noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita: ideſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina: quẽadmodum magnus perhibet Dionyſius. xxxviii. diſt.omnes. Unde ꝛ ſummus pontifex ſe cognoſcens ſi non renuntiaret papatui: credo ꝙ grauiter peccaret: quia vult preeſſe ꝛ non prodeſſe.viii.q.j.q epiſcopatuꝫ, ꝛ facit quod no.xvi.q.j. monachi vagãtes: ſicut fecit papa Celeſtinus ſanctus Petrus de morron. in quo etſi eſſet ſanctitas: deerat ſcientia ꝛ induſtria.xvi.q.j.legi. extra de renun. quoniam.lib. vi.ꝛ eod.ti.niſi cum pridem.§.pro defectu: adde qđ no.j.§.prox.ver.conſiderans. Hinc eſt etiam ꝙ ſi in gremio cardinales non inueniunt idoneum ad papatum, ſiue inueniãt, poſſunt eligere aliũde. xxiii. di.in nomine: vbi de hoc: ꝛ vide quod no.xl.di.ſi papa.ꝛ.lxxix.di.c.j. Et hoc innuitur in c.prealleg.licet. vbi hoc etiam tenet Oſtien. vbi etiam tenet Inno. ꝙ in electione Romani pontificis non eſt ex neceſſitate aliqua forma ſeruanda: immo quomodocũqꝫ appareat duas partes conſenſiſſe in aliquem tanqꝫ in electum, ius habet ꝛ verus papa eſt. Si autẽ interueniſſet impreſſio, quum ſolo conſenſu libero nõ coacto matrimoniuꝫ contrahatur. extra de ſpon. cũ locum: non eſſet tunc papa: nec eſſet ei obediẽdum. Item ſi prece vel precio.i.q.j.ſi quis: neqꝫ elegerunt cardinales: quum legitimus interuenire debeat cõſenſus non corruptus ſi id ſit notorium. Idem videtur ſi contra eum probaretur, vel ipſe in concilio cõfiteretur: quia iſta paria ſunt in iure. extra de cohabi.cle.ꝛ mu.c.vlt.ꝛ facit quod no.xl.diſti.ſi papa: in magna gloſ. Et vide quod legitur ꝛ no.lxxix.diſti.ſi quis pecunia: non erit papa: alias de hoc non poteſt excipi. ſm Innoc.ꝛ Oſtien.in preal.c.licet. Eadem ratione etiam ſi occultum eſt: coram deo non erit papa: quia non fuit conſenſus legitimus. c. op. de ſimo.tua: ibi: licet ab eo non ſit recedendum: vt ſcripſi ſupra in prima parte iſtius operis in c. iiii. §. quartus.ver.conſentiant. Tertio conſideratio eſt habenda in domino papa de ſtatu quẽ habet: quantis periculis laboribus ꝛ anxietatibus plenus eſt. Sic enim tantũ pondus eſt cuiuſlibet epiſcopi quãtum erit romani pontificis? Unde Augu.ad Ualerium. Ante omnia peto vt cogitet religioſa prudentia tua: nihil eſſe in hac vita maxime in hoc tempore facilius ꝛ leuius ꝛ hominibus acceptabilius epiſcopi officio: ſi perfunctorie.i.negligenter ꝛ adulatorie res agatur: ſed nihil apud deum miſerabilius eſt ꝛ triſtius ꝛ damnabilius. Idem. Nihil in hac vita ꝛ maxime in hoc tempore difficilius: laborioſius: ꝛ periculoſius epiſcopi officio ꝛc.xl. diſti. ante omnia. Et hoc ideo: quia non eſt facile in loco Petri ꝛ Pauli ſtare: ꝛ tenere cathedram cũ chriſto regnantium.xl.diſt.non eſt: immo periculoſiſſimum ſi non concordet vita.vt ibi. Nec loca vel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt: ſed nos aut bona merita coniungunt: aut mala diſiungunt.xl.diſt.nõ loca.xxiii.q.iiij.ſicut. Item Amb. Non loci nobilitate ſed virtute vnuſquiſqꝫ gratiam comparat. xl. diſtin.illud facit.xij.q.ij.gloria. Nec aliquis feſtinet quomodo maior appareat: ſed quomodo omnibus inferior videatur. Quoniam non qui maior eſt in honore: eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior: ille maior. xl.diſt.multi: alias eſt.c.ꝛ incipit quicunqꝫ: ꝛ quãto quiſqꝫ eſt dignitate celſior: tanto debet eſſe virtute potentior vel potior.xvi.q.j. ſunt nonnulli. iiij.diſti. deniqꝫ. Et ſanctius eſt in hac vita ſub inferiori habitu domino famulari: ꝙꝫ alta indebite appetendo damnabiliter in profundum inferni ſubmergi. ſm Nico.l.diſt.de his.in fi. Et Grego.ſcribit Genando patritio dicens. Concilium vero catholicorum epiſcoporum admoneri precipite vt primatem non ex ordine loci poſtpoſitis vite meritis faciat: quoniam apud deum non gradus elegantior: ſed vite melioris actio comprobatur: vt prec.c.ſicut.xxiij.q. iiij. Et Leo papa ait. Merito patrum beatorum venerabiles ſanctiones quum de ſacerdotuꝫ electione loquerentur: eos demuꝫ ſacris adminiſtrationibus idoneos eſſe cenſuerunt: quorum omnis etas a puerilibus exordijs ad perfectiores annos per diſcipline eccleſiaſtice ſtipẽdia cucurriſſet: vt vnicuiqꝫ teſtimonium prior vita preberet: nec poteſt de eius prouentione dubitari: cui pro laboribus multis: pro moribus caſtis: pro actibus ſtrenuis: celſioris loci premium debetur ꝛc.lxj.diſt.miramur. Item Clemens.iij. Non in ſublimitate graduum: ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum dei. extra de temp.ordi.ad aures. Et propter timorem inſufficientie ſancti dei fugerũt honores ꝛ dignitates. Unde ꝛ Aug. peccatis ſuis deputat ꝙ Ualerio coepiſcopus factus eſt inuitus.xl.diſtin.ante. in fin. Et Marcus euangeliſta pollicem ſibi amputaſſe dicitur: vt ſacerdotio reprobus haberetur: vt dicit Hiero.ꝛ in ſua eſt legenda. Et Greg.doctor congaudenti ſibi Narſo patritio de papatu ſcripſit: dicens. Dũ contemplationis alta deſcribitis ruine mee mihi gemitum renouatis: quia audiui quid intus perdidi: dum foris ad culmẽ regiminis immeritus aſcendi: tanto autem me perculſum merore cognoſcite: vt vix loqui ſufficiam. Nolite ergo me vocare Noemi. ideſt pulchrum: ſed vocate me mara: quia amaritudine repleuit me dominus. Et alibi. Quod me ad epiſcopatus ordinem cognoſcitis perueniſſe: ſi me diligitis: plangite: quod ego inceſſanter defleo: atqꝫ vt pro me deum exoretis: rogo. Unde ipſe in prologo.iiij.lib.dialogorum: ſic ait ſe lamentando de ſtatu papali. Meror quem quotidie patior: ꝛ ſemper mihi per vſum vetus eſt: ꝛ ſemper per augmentuꝫ nouus. Infelix quippe animus meus occupationis ſue pulſatus vulnere: meminit qualis in monaſterio fuerit: quomodo ei labentia cuncta ſuberant: quantum rebus omnibus que voluuntur eminebat. ꝛ.j. At nunc ex occaſione cure paſtoralis: ſecularium hominum negocia patitur: ꝛ poſt tam pudicam quietis ſue ſpeciem: terreni actus puluere fedatur. ꝛc. Unde ꝛ in vitis patrum legitur de Amone.

qui fuit magnus abſtinentie ⁊ caſtitatis amator: peritus ſcientia ſcripturarum ⁊ eloquentia ſermonis, ꝙ quuꝫ ab archiepiſcopo Alexandrie cogeretur ad epiſcopatum: ⁊ ipſe nollet eremum dimittere, accepto forpice abſcidit ſibi ſiniſtram auriculam: dicens coram populo, Uel nunc certi eſtote qꝛ impoſſibile eſt me fieri poſſe epm̄. Quum autem adhuc cogeretur ad epiſcopatum: ait. Si me cogeritis amplius: etiam linguam meam propter quam moleſti eſtis mihi: abſcindam. Item abbas Theodorus diaconus inſtitutus quuꝫ cogeretur ab anachoritis vt miniſtraret in ſuo ordine, ait: Permittite me deprecari deuꝫ, ſi iubet me miniſtrare in loco meo. Et orauit ſic. Domine ſi voluntas tua eſt vt in ordinatione mea perſiſtam: oſtende mihi: ⁊ oſtenſa eſt illi columna ignea a terra vſque ad celum pertingens, ⁊ vox ad eum facta eſt. Theodore ſi potes fieri ſicut columna iſta, vade ⁊ miniſtra, quod ille audiens vltra adminiſtrare nullatenus acquieuit. Sed quum veniſſet in eccleſiam: deprecabantur eum, vt ſi non miniſtrabat: ſaltem calicem teneret, qui non acquieuit, dicens: ſi mihi amplius de hac re verbum feceritis: diſcedam hinc. Item quum abbas Motues inuitus factus eſſet presbyter a quodam epo: ⁊ diceret ei epiſcopus: Indulge mihi abba. ſcio enim ꝙ hanc cauſam nolebas. Cui ſenex pro ſua humilitate ait. Et mea cogitatio paruꝫ volebat. Quumqꝫ ⁊ diſcipulus eius factus eſſet etiam presbyter: permanſerunt ambo vſqꝫ ad finem ſuum, vt ad altare quantum ad oblationem ſacramenti, nunq̃ accederent. Unde dicebat ſenex. Cõfido in deo meo: quia non habeo grande vitiuꝫ propter ordinationẽ hãc: qꝛ oblationem non mihi preſumpſi offerre: naꝫ ordinatio illorum eſt qui ſine culpa ſunt: ego autẽ me bene cognoſco. Item ſm Aug. Epiſcopatus nomen eſt operis ⁊ oneris potius q̃ honoris. viij. q. j. qui epiſcopatum. vnde Petrus ad clementem. Clemens: ſi tanq̃ omnibus preeſſe volueris: ſingulos prout potueris adiuua, ſingulos releua: quia ⁊ ſingulorum onus ⁊ ſolicitudinem portas. viij. q. j. clemens. Et Hiero. illud inferendum eſt aduerſus eos qui de epiſcopatu intumeſcunt: ⁊ putant ſe non diſpenſationem chriſti ſed imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores ſunt quicunque epiſcopi non fuerint ordinati. ⁊ infra. Quanto magis ſe vnuſquiſque conſiderans ⁊ ſciens quia potens potenter tormenta patietur: retrahet ſe ab hoc non tam honore quam onere: ⁊ aliorum locum qui magis digni ſunt ambiget occupare? viij. queſt. pri. illud. Multis autem fit rapine ſecuritas, epiſcopatus ambitio. ſecundum Pelagium. viij. queſtio. iij. cap. pri. Item Gregor. xiij. diſtinc. nerui. verſicu. alius. Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens: ad locum regiminis premijs aſcendit: ſed quia omne quod hic eminet plus meroribus afficitur: quam honoribus gaudeat: dum cor plus tribulatione premitur: ad memoriam culpe reuocatur. Iunge hic quod ſcripſi. ſupra in iſta ſecunda parte in ſecundo capitu. Thren. ſuper verbo prophete. in cap. v. in. §. quomodo. ⁊ infra. §. v. in capitu. xiij. Idem not. in capitu. xxiij. verſi. omne.

Quod ordo epiſcoporuꝫ quadripartitus ſit. Quot modis dicatur eccleſia. Quot nominis appelletur ⁊c. Cap. II.

Inter hec ſciendum ꝙ quũ ordo epiſcoporum ſm Iſidoruꝫ quadriptitus ſit: in Patriarchis, Archieſcopis, Metropolitanis, atqꝫ Epiſcopis. xxj. di. c. j. omnium iſtorum papa ſortitur nomina ⁊ effectum: papa enim proprie patriarcha eſt ⁊ patriarcha vocatur. Nam patriarcha greca lingua ſummus patrum interpretatur, ⁊ iſte eſt papa. vnde in pre. c. j. xxj. di. patriarcha Romanus vocatur. ibi. Sicut romanus. ⁊. xxiij. diſtin. in nomine domini. in prin. ⁊. xxij. di. c. vlt. Sicut autem poſuerunt antiqui patres: Urbs romana caput totiꝰ orbis effecta eſt. xxij. diſ. c. ij. ⁊. ij. q. vij. beati Petrus ⁊ Paulus. extra de elect. fundamenta. j. reſpon. lib. vj. Et eius eſt iudicium ⁊ compoſita eſt vrbs ad modum orbis: ſed orbis maior eſt vrbe. xciij. diſt. legimus. ver. quid enim. Et ſicut totus orbis habet quatuor patriarchales ⁊ principales ſedes ⁊ eccleſias: de quibꝰ habetur. xxij. diſt. c. ij. ⁊. c. pen. ⁊ vlti. extra de priuil. antiqua. xcvj. diſt. conſtantinus. ſcilicet Conſtantinopolitanam. Alexandrinam. Antiochenam. Hieroſolymitanaꝫ. ſic ⁊ vrbs Romana habet quatuor patriarchales eccleſias. ſcilicet eccleſiam ſancti Petri. eccleſiam ſancte Marie maioris. ⁊ eccleſiaꝫ ſancti Laurẽtij, de foris muros. ⁊ eccleſiã ſancti Pauli ſecundũ quoſdaꝫ. Sed Hugo. dicit ꝙ ſunt quinqꝫ

Patriarchia quot ſint.

patriarchia, quatuor predicta ⁊ quinta eſt Lateranenſis. vt patet de eo in prealle. c. in nomine. ⁊. lxiij. di. hadrianus papa ſecundus. nam ibi eſt ſedes papalis. ⁊ dicitur patriarchium: qꝛ ibi reſidet frequentius ſummus patriarcha. Alij dicunt ꝙ ſunt quatuor tantum. qꝛ eccleſia ſancti Petri nõ eſt patriarchium. nec eſt epiſcopalis eccleſia. nam ſubeſt epiſcopo Portuẽſi. ⁊ eſt de eius dioceſi. Sed hoc videtur mirabile. quia eccleſia beati Petri prima appellatur. xij. q. j. futuram. ibi. prime ſedis beati Petri. ſed ibi exponitur. prime ideſt apoſtolice ſedis ſecunduꝫ Hug. ⁊ dicitur caput ceterarum. iij. q. vj. dudum. vbi dicitur ꝙ ſicut Petrus apoſtolus primus fuit omnium apoſtolorum: ita ⁊ eccleſia ſuo nomine conſecrata prima ſit ⁊ caput eccleſiarum: ⁊ ibidem dicit Lauren. ꝙ eccleſia beati Petri maior eſt Lateran. c. ad hoc. x. q. j. ſanctorum. ⁊ preall. c. futuram. vbi de hoc. Et in chronicis legitur ꝙ Bonifacius papa. viij. obtinuit ab Auguſto ĩperatore, vt eccleſia beati Petri apoſtoli caput eſſet omnium ſanctorum. Communiter tenetur ꝙ eccleſia Lateran. que intitulatur nomine ſaluatoris: de qua habetur in pre. c. ſanctorum. ⁊ in pre. c. hadrianus. maior eſt alijs. ⁊ eccleſia romana appellatur. ⁊ ibi eſt prima ſedes apoſtoli ſecundum Hug. Ad hoc facit quod legitur in chronicis ꝙ Conſtantinus intra Lateranenſe palatium eccleſiam ſaluatoris noſtri conſtruxit. quam eccleſiam cenſuit eſſe in toto orbe terrarũ matrem eccleſiarum. facit. xcvj. diſt. conſtantinus. ⁊ huius ſententie eſt Io. monachus cardinalis. vt no. in pre. c. fundamenta. in gloſ. iuxta illud. dicẽs ꝙ ſolus Papa ⁊ epiſcopi cardinales in altari maiori ſancti Io. celebrant. ſed in alijs nedum predicti, ſed etiam presbyteri cardinales. Eſt etiam papa archiepi-

Summi pontificis aliquot tituli.

ſcopus: ⁊ ſic vocat̃ vrbis rome archiepiſcopus. iiij.
diſt.ſtatuimus.in ti.ipſius.c.⁊.v.iiij. c.ij.in titu. ⁊.C.
de ſum.tri.victor.in prin.Aliquoties dicitur archie-
piſcopus magne Rome.vt.xxi.diſt. intantum . Ar-
chiepiſcop⁹ greco vocabulo interpretatur ꝙ ſit ſum
mus ⁊ princeps epiſcoporum.xxi.diſt.c.j.ver.archie
piſcopus. Eſt etiam metropolitanus vniuerſalis
quantum ad rei ſignificationem : quia a menſura ci
uitatū vocantur metropolitani: ſingulis enim pro-
uincijs preeminent.xxj.diſt.c.j. ver. metropolitani :
ſed iſte ſolus omnibus.ix.q.iij. cuncta. extra de pri-
uil.antiqua. Vocatur etiam Romanus pontifex
iij.q.vi.accuſatus. extra de priuil.paſtoralis . ex̃ lib.
vi.de rep.gratioſe.⁊ de conſti.licet.lib.vi.Et dicit̃ pō
tifex quaſi pontem faciens.vnde dicitur quaſi via ſe
quentium.xxj.diſt.c.j.ver.pontifex.vbi dicitur ⁊ ip-
ſe ſummus ſacerdos.Ipſe etiam pontifex maximus
nuncupatur. Aliquando vocatur Romanus ſi-
ue romane eccleſie epiſcopus.ij.q.vj. ſi epiſcopus ac
cuſatus. Aliquādo appellatur papa vrbis. xcvij.
diſt.victor.in prin.⁊.xxij.diſt.c.vlti.facit extra de iu-
reiur.ego. ibi. papatum. Hic iunge quod notaui ſu-
pra in prima parte iſtius operis in c.xxxij.§.trigeſi-
mus. Aliquando appellatur ſimpliciter epiſcop⁹.
vt.j.q.iij.ſaluator.in titu.⁊.c.ex multis.in titu. ⁊.xij.
q.j.c.ij.in prin.⁊ ſic debet vniuerſaliter ⁊ antonoma
ſtice appellari : vt patet in prin.vj.lib.⁊ in pri.decre.
Greg.in cle.cum ſi. Aliquando appellat ſe mini-
ſtrum indignum.vt in preal.c.ex multis.⁊verſi.qua-
propter. Conſideret ergo domin⁹ papa ꝙ tot no-
mina ſint in eo conſona rebus.xl.diſti.oratorium. ⁊
c.in oratorio. Conſiderans ergo ſanctus Petrus
de morron,canonizatus per eccleſiaz, qui fuit papa
Celeſtinus quintus tanta onera papatus ⁊ pericu-
la ⁊ ſuam inſufficientiam,quia ſimplex ⁊ iuris igna
rus,prouide ⁊ perfecte renūciauit papatui. extra de
renun.c.j.lib.vj. quod credo fuit maius miraculum
⁊ maius verum exemplum humilitatis ⁊ perfectio
nis iſto infirmo tempore q̃z aliquod quod fecit: ⁊
quod fuerit in diebus noſtris, ⁊ ante per multa tem
pora.Adde quod ſcripſi.ſupra.§.proxi.ver.vnde:qr
totuz iſtud onus papale quod maius eſt q̃z dici poſ
ſit : non eſt qui reijciat : ſed qui in illud ſe proijciat ⁊
immergat gloriaz conſiderans ⁊ non onus. Quid
eſt enim cogitare,preſidere toti eccleſie militanti: be
ne oportet ꝙ laboret in ea preſidens ſicut bonus mi
les ieſu chriſti.ij.ad Timo.ij. c. De iſta militanti ec-
cleſia dicitur extra lib.vj. fundamenta . in prin.⁊.ij.
q.j.multi.xxiiij.q.j.a recta.de ſent.excom. a nobis.ij.
xj.q.iij.nolite.Et tractaui ſepe in prima parte iſtius
operis. Et hoc eſt corpus myſticum in quo ſunt
boni ⁊ mali.vt no.xxvj.diſt.acutius. in gloſ.j.in fin.
nam continet paleas cum granis. de conſec.diſt.iiij.
eſt vnitas: ⁊ legitur ⁊ no.xxxij.queſt.iiij.recurrat.
Quandoq̃z dicitur eccleſia ſanctorū collectio.xxvij.
q.j.nuptiarum.⁊ prec.c.recurrat. in fin. Quandoq̃z
dicitur eccleſia catholicorum collectio.de conſ.diſt.j.
eccleſia.Item ⁊ alijs pluribus modis dicitur eccle-
ſia.⁊ no.extra ne prela.vi.ſu.c.vlt.in fi.⁊ de verb.ſig.
cum clerici.⁊ de pen.diſt.j.eccleſia.vbi de hoc.Dicit̃
etiam eccleſia que non eſt conſecrata.de conſecr.diſt.
j.eccleſiam.j.⁊.ij.⁊ in alijs ibi.c.⁊ de cō.eccle.c.fi.Ali
quando eccleſia oratorium appellatur.xlij.diſt.c.pe-
nul.⁊ vlt.xvj.q.v.lator.Sed proprie dicitur eccleſia
quum eſt cōſecrata.ante baſilica appellatur.xvj.q.v.
poſſeſſio.legitur ⁊ no.extra de reli. do. c.j. Aliquādo
eccleſia vocatur domus orationis.xvj.qō.vij. ⁊ hec
diximus.extra de immu.eccle.cum eccleſia.Aliquā-
do templum.lxxxviij.diſt.eijciens.j.q.iij. ex multis.
ver.illud quoq̃z.ij.q.vij.accuſatio.Aliquando taber
naculum.de conſe.diſt.j.c.j.xxxvj.diſt.c.fi.Aliquādo
domus dei.j.q.iij.non ſolum.Et eſt ratio: quia in ea
ſpecialiter habitatur per gratiaz.vnde in eccleſia ha
bitantes digne chriſtus protegit : domus enim tu-
tiſſimum refugium ⁊ receptaculū eſt.ff.de in ius vo.
pleriq̃z.vnde ⁊ tutela refugij vocatur in pre.c. de im
mu.ec.cum eccleſia. Et nota ꝙ ſicut ex decretis
Iulij pape ⁊ c.ij.ſumitur. Eccleſia nomen grecū eſt:
quod in latinum verſum ſonat conuocatio: propter
hoc ꝙ omnes ad ſe vocat: vt habetur brocardicoꝝ
lib.iij.c.j.Ex hoc appellatur catholica . vt ibi.⁊.xxi.
diſt.q̃zuis,⁊.j.q.j.extra catholicam: ⁊ dicitur catholi
ca.i.vniuerſalis ⁊ hoc ideo,quia per vniuerſum mū
dum eſt conſtituta.vt pre.c.quāuis.vel quoniaz vni
uerſalis hoc eſt generaliter in eadem doctrina eſt ad
inſtructionem . De hoc ſatis in prima parte dixi in
c.liiij.§.nunc de gradibus.Et in.c.lxiij.§.oſtenden-
dum.vt in pre.c.Iulij pape hoc habetur.Et eſt fide
liuz. Sed ſynagoga, que congregatio interpretatur
eſt proprie iudeorum.extra de iude.iudei. ⁊ c.conſu-
luit.quamuis eccleſia dicta ſit.Nume.xx.in prin.ibi.
Cur eduxiſti eccleſiam domini in ſolitudine? Sed
noſtram apoſtoli nunq̃z ſynagogam dixerunt : ſed
ſemper eccleſiam: ſiue cauſa diſcernendi : ſiue qr in-
terpretatione differunt: nam conuocari eſt propriuz
vtentium ratione:ſicut ſunt homines: ſed congrega
ri ſolent pecora ita dicit Hugui. Ideo autem noſtra
eccleſia dicitur : quia veram continet conuocationē
ideſt populum conuocatum:de quibus dicit apoſto
lus ad Rom.viij.c.quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit.
Ideo autem dicitur ſynagoga.i.congregatio: qr vir
ga legis que erat dura ⁊ aſpera,populus iſte grex ir-
rationabilium pecorum congregabatur : ſed in ca-
tholicis dicitur eccleſia.i.cōuocatio:quia amore ſpi-
rituſſancti populus iſte ad vnam fidem, ad dei iudi
cia,ad chriſti conuiuium conuocatur: vt audiat pe-
nas ⁊ premia futuri ſeculi : ⁊ percipiat corpus chri-
ſti: ad hoc extra de ſen.excō.reſponſo. Poteſt etiā
eccleſia dici caſtrum.ſm Archi.in quo fides eſt mu-
rus:temperantia ſenſuum,eſt ianua:patientia admi
rabile foſſatum: humilitas turris : ſpes cuſtos:pru-
dētia arma:opera bona machine: orationes victua
lia: verba ſcripture: aque deuotiones . Si dominus
papa fortis armatus ſpiritualib⁹ armis.xxiij.q.viij.
cōuenior.Ephe.vj.cuſtodierit hoc caſtrū,hoc atriū,
hanc eccleſiam : in pace ſunt vere omnia que poſſi-
det.Luc.xj.⁊ Mat.xij.Sed ſi ſimon Ioannis dor-
mierit.Marc.xij.ſuccedens inimicus ſeminabit zi-
zania in medio tritici. Mat.xvj.extra de elect.licet.
An poſſit papa contra ſacramenta baptiſmi , con
firmationis,vel alia,ſtatuta facere contra coruz for-
mam:vel dantium perſonas: aut poteſt committere
preſbytero confirmationis ſacramentum: ⁊ epiſco-
po prohibere : vel poſſit aliquid ſtatuere contra ſta-
tum eccleſie generalem . Et in quibus pape non ſit
obediendum.Et qualiter intelligatur illud , quod-
cunq̃z ligaueris ⁊c.de conſue. quanto. per Innoc.⁊
de ſen.excom.a nobis.Secundo per Oſtien.⁊ de pe.
⁊ re.quod autem.per Inno.Item de potentia pape
per Inno.de vo.⁊ vo.redē.veniens. Qualiter intel
ligitur ꝙ in iuramēto authoritas pape intelligitur.
de reſcrip.cōſtitutus. per Inno. An papa poteſt de-

trahere de iure aliorū.de offi.or.duo. per Inno. An poſſit deſtruere ſtatuta concilioꝝ.di.xv.ſicut. ⁊.xvij. diſt.nec licuit. Semper poteſt papa leges nouas facere: dummodo non ſit contra euangeliū vel apoſtolorum vel ſanctorum eos ſequentium definitiones.xxv.q.j.quidam.cum.c.iiij.ſeq. Sententia que per ſe non tenet, per ſententiam pape efficitur valida.iij.q.vj.hec quippe.extra de tranſac. c.j. Sacrilegium committit, qui pape mentitur. no.de pe.diſt.j. ſerpens.in gloſ.c.An papa poſſit facere nouum articulum fidei.extra de here.cum chriſtus.xxiiij.q.j.hec eſt.⁊ c.quodcunq꞉. De inhibitione facta aliquibus ne eligant per papam: ⁊ decreto pape an liget ignorantes: ⁊ ꝙ papa non debet vti plenitudine poteſtatis niſi ex cauſa.de elect.innotuit. per Inno.⁊ extra de elec.ſi eo tempore.lib.vj. An papa ſibi poſſit eligere ſucceſſorem.lxxix.diſt.ſi tranſitus.viij.q.j.in ſumma: ⁊ c.ij.⁊.§.his omnibus. An papa poteſt priuilegiare clericos ſine voluntate imperatoris, an poteſt ſuis conſtitutionibus penas corporales imponere. de ma.⁊ obe.ſi quis:per Inno. Quia papa eſt publica perſona: ⁊ ſingulariter ⁊ vniuerſaliter ſuper omnes eccleſias habet plenitudinem poteſtatis: ⁊ acquirere poteſt ſingulis eccleſijs.de pac.cum pridem.ſm eundem. Poſtꝙ̄ papa ad ſe aliquid reuocat: qđ poſtea fit, eſt irritum ⁊ inane. de ap. vt noſtrum.ſm Inno.⁊ vt ec.bene.c.j.⁊ de preben.inter cetera.Añ veniens ad curiam intelligitur eſſe ſub protectione pape.de ap.vt debitus.per Inno.⁊ de cle. peregri.c. vnico.An papa dans rem alienam transferat dominium.An contra papam poſſeſſio acquiratur vel pſcribatur.de poſtu.pre.bone.ij.per Innoc. An papa poſſit alicui auferre ius ſuum ſine cauſa.ix. q.iij. per principalem. In quo caſu poteſt papa papam ligare.xxiiii.q.j.acatius.j. Pape preſentia ſupplet iuris ſolennitates.de litis conte.c.vnico.per Inno. Papa ſententias ⁊ proceſſus ſine iuris ordine ⁊ interdum a non ſuo iudice factos.ver.de veritate conſtat. facit valere.ij.q.j.in primis.iij.q.vj.hec quippe.xvj. q.vj.ſi epiſcopum.de ſen.⁊ re iudi.cum olim.de accuſa.ad petitionem. Si electuꝫ in papam repetit vxor: an ſibi reddetur.lxxix.di.ſi quis pecunia. De diſcordia in electione pape, ſi cardinales eligēdo indignū, ſint eligendi poteſtate priuati ea vice.lxxix.di.ſi duo ⁊ c.ſi papa. An papa poſſit cōpellere aliquem renunciare ius ſuum.de elec.cum inter.j.per Inno.An papa poteſt reſtituere fame laicum non de ſua iuriſdictione, an ſeruum alterius poſſit aſſumere ſibi in clericatu ſi eſt ſibi neceſſarius.de re iudi.cuꝫ te. ſm Inno. Quia papa quandoq꞉ de ſe ſcribendo loquitur in ſingulari.xxiij.diſti.in nomine iuxta prin. Nullus poteſt cognoſcere de crimine obiecto pape. de verb. ſigni.ex parte in chriſto.per Inno. Quare non ſolū papa, ſed etiam epiſcopꝰ dicatur ſummus ſacerdos. de conſe.diſt.v.de his. De potentia pape. de fide inſtrumen.cum P.tabellio.per Inno. Per que verba eccleſia romana alijs ſit prelata.de tranſac. c.j.de fo.competen.licet.per Inno. An ſolus papa ſine cōcilio habet in arduis plenitudinem poteſtatis.de re iudi.cum te.per Inno.⁊ c.ad apoſtolice. lib.vj. ꝑ eūdem. An papa diſpenſet cum bigamo ⁊ in voto ⁊ iuramento contra apoſtolum: ⁊ in his que ſpectāt ad generalem ſtatum eccleſie: ⁊ addere poſſit euangelio: ⁊ declarare illud: ⁊ interptari: ⁊ an Paulo maior ſit papa in adminiſtratione.xxv.q.j. ſunt quidā. de biga.c.ij.per Innoc. An papa poſſit laicis qui de ſua temporali iuriſdictione non ſunt, penas ſtatuere temporales. de iude.ita quorundam. ⁊ c. ad hec. Si papa velit cauſam ſuam in propria perſona agere: quis erit iudex: ⁊ quid tunc fiet.vj.q.vj.c.j.de iudic.cum veniſſet.de confir.cum dilecta: ⁊ per Inno. de verb.ſign.ex parte.j. An papa mortuo, eccleſia ſit ſine capite: ⁊ an cardinales tunc ſuppleant pape defectum.lxxix.diſt.extra de elec. ne romani. in clemē. nullus.ij.An contra confirmatum a papa poſſit coram metropolitano agi.de reg.iur.decetero. per Inno.An ſententia pape ius faciat.de reg.iu.in cauſis. de frig.cōſultationi. Quid iuris ſi non pareatur pape mandato.de preben.dilectus.ij. Ubi eſt papa, ibi ſunt limina apoſtolorum ⁊ roma.de iureiur.ego. N. per Inno. Papa ſalutando excommunicatuꝫ etiaꝫ ex certa ſcientia non abſoluit. de hoc extra de ſen.ex com.ſi aliquando. ⁊ eo.ti.in cle.c.fin. An nomine ſedis apoſtolice intelligatur alius ꝙ̄ papa.de preben. de multa.lxx.diſt.ſanctorum. In qualibet profeſſione authoritas pape intelligitur excepta. de vi.⁊ hone.cleri.deus.ſm Inno. An valeat excuſari qui venit contra indulgentiam pape, authoritate cardinalis vel legati.de preben.pro illorum. ⁊ c.dilectus filius. Quid videtur quum papa ordinatur per ſimoniam.lxxix.diſti. ſi quis pecunia. Si monachus factus eſt papa inuito abbate quid ſit.xviij.q.ij.quam ſit. Ratificat papa quod nihil eſt.de conſe.ec. vel alta aqua. De caſibus in quibus papa diſpenſat: ⁊ in quibus non: ⁊ de eius potentia copioſe tractaui. ſupra in prima parte iſtius operis in cap.xlv.§.ad que autem.⁊.§.ſciendum: ⁊ in cap.xlvj.§. iterum. ⁊ hoc repertorium ibi iunge.

## De quarta conſideratione papali vt ſcilicet ad tempus a tantis exterioribus occupationibus ſe ſubtrahat. Cap. 12.

QUarta papalis conſideratio eſt circa quedam particularia: vt ſcilicet ab occupationibus exterioribus tantis ſe ad tempus ſubtrahat ꝙ ſe patiatur ab ipſis trahi ⁊ paulatim duci quo ipſe non vult. Joan.xxj. Nam dare ſe totaliter talibus, ⁊ nil ſibi temporis relinquere, eſt tempus perdere: ⁊ ſe ſtulto labore conſumere vt ait Jetro Moyſi. Exo.xviij. Tales enim occupationes exteriores nimie ſm Ber.in lib.de conſideratione, non ſunt niſi afflictio ſpiritus: euiſceratio mentis: euacuatio gratie: nam fructus horum quid niſi aranearum tele? Unde Eſa.lix. Telas aranee texuerunt: ⁊ infra. Tele eorum non erunt in veſtimenta: ſubaudi contra frigus inferni. Neque operientur operibus ſuis: ſcilicet contra confuſionem iudicij: opera eorum opera inutilia. Quid enim eſt in romano pōtifice cogitare de mane vſq꞉ ad veſperaꝫ litigare aut litigantes audire? ⁊ vtinam ſufficeret diei malitia ſua. Mat.vj.in fi. Nam non ſunt libere noctes: vix relinquitur neceſſitati nature quod corpuſculi pauſationi ſufficiat. Et rurſum ad iurgia ſurgitur. Dies diei eructat lites: ⁊ nox nocti indicat malitiam: vſq꞉ adeo ꝙ non eſt reſpirare in bonis: non eſt alternam capeſſere requiem: non vel raro interſeri otia ſalutaria ad ſibi vacandum. Potius ergo dicat dominus papa cuꝫ Job. Job.vj. Que eſt fortitudo mea, vt ſuſtineaꝫ? aut quis finis meus, vt patienter agā?



UNED

nec fortitudo lapidum fortitudo mea:nec caro mea
enea eſt. Magna virtus patientie,ſed non hanc pa
pe ad iſta optauerim. Interdum impatientem eſſe
probabilius ⁊ virtuoſius eſt. Et ne illorum patiẽ
tia approbanda quibus Paulus dicebat.ij.ad Co
rinth.xj.libenter ſuffertis inſipientes. Ironia eſt:nõ
laus ⁊ ſugillatio quorundam manſuetudinis:qui a
pſeudo apoſtolis per falſa dogmata ſe trahi patien-
tiſſime ferebant. Unde ſequitur. Suſtinetis enim ſi
quis vos in ſeruitutem redigit ⁊c. Non bona pa-
tientia quum poſſit quis liber eſſe, ſic ſeruum effici
tota die. Hebetati cordis indicium eſt, propriam
non ſentire vexationem continuam: in qua nec ſibi
liber nec tutus nec ſuus eſt: quia vbi ſemper tumul
tus,vbi ſemper ſtrepitus, ibi iugum peſſime ſeruitu
tis premit. Unde Paulus.pri.ad Corin.vij. Pre-
cio empti eſtis: nolite effici ſerui hominum. Quid
ſeruilius, quid indignius ſummo pontifice,non ſo-
lum omni die ſed pene omni hora inſudare talibus
rebus ⁊ pro talibus? Deinde quando orabit? xxxi.
diſtinc. ſi laicus: quando horas canonicas deuote
exoluet? extra de celebran.miſ.cap.pri.quando do-
cebit populum? xliiij.diſtin. cap.pri. quando medi-
tabitur in lege domini? Pſal's.j. xxxviij.diſtin.om
nes. Ex quidem quotidie perſtrepunt in palatio
leges: ſed iuſtiniani.non domini.iuſte ne etiã iſtud:
ipſe viderit. Pſal's. xviij. Nam lex domini imma-
culata conuertens animas. He autem non tam le-
ges q̃ꝫ ligamina ⁊ lites ſunt ⁊ cauillationes iudi-
cium ſubuertentes: papa vero paſtor ⁊ epiſcopus
animarum quare ſuſtinet coram ſe ſilere illam: gar-
rire iſtas? Pſalmus.cxviij. Narrauerunt legiſte fa
bulationes: ſed non vt lex tua domine. Nec dico
dominum papam omnia negocia rumpere: ſed in-
terrumpere: det de eo quod nouit ⁊ ſapit actioni:
det ⁊ conſiderationi, quid prodeſt ſi vniuerſum mũ
dum lucretur: anime vero ſue detrimentum patia-
tur? Matth.xvj. Chryſoſt. Si enim famulos tuos
videres in letitia: te autem in malis vltimis conſti
tutum: quid lucraris ex eorũ dominio? Idem Luc.
ix.⁊ extra de ſimon. Mattheus. Quamobrem
quum omnes habeant papam: fit etiam ipſe vnus
de habentibus ſe ⁊ de redeuntibus in ſe. Luce. xv.
ibi. In ſe autem reuerſus dixit.vbi Aug.de queſtio-
nibus euangelij. In ſe autem reuerſus eſt quum ab
eis que forinſecus fruſtra illiciunt ⁊ ſeducunt, in cõ
ſcientie ſue interiora ſuam intentionem reduxit.
Omnes papam participant: ſtultus,⁊ ſapiens:ſer-
uus,⁊ liber:diues,⁊ pauper: omnes de fonte ſuo bi-
bunt:⁊ ipſe ſeorſum ſtabit ſitiens? ſi maledictus qui
partem ſuam deteriorem facit: vide quod legitur ⁊
no.de peni.diſt. iij. qui vult: quid ille qui ſe penitus
reddit expertem? bibat ⁊ ipſe de fonte putei ſui:alie
nus non bibat ex eo. Qui non alienus ſi ſibi bonus
eſt. Deniqꝫ qui ſibi nequam,cui bonus? Eccle.xiiij.
ergo ſi non ſemper: interdum tamen reddat ſeipſuꝫ
ſibi. Riget dominus papa agros alienos:ſed ſui nõ
ſitiant. C.de ſerui.preſes. Nec tenetur aliqua actio-
ne: qui propter ſuas alienas merces proijcit.ff.de
preſcrip.verbis.qui ſeruandarum. Et qui ordinate
vult facere eleemoſynam, a ſeipſo debet incipere: ⁊
eam primum ſibi dare.de peniten.diſtin.iij.qui vult
ſub. §. ſed verba. Utatur ſe inter multos, aut poſt
multos,audiat apoſtolum quid de huiuſmodi ſen-
tit.pri. ad Corin. vj. Sic non eſt ſapiens inter vos
quiſq̃ꝫ qui poſſit iudicare inter fratrem ⁊ fratrem:⁊
infert ad ignominiam. Uobis dico: contemptibilio
res qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudican-
dum.xi.queſt.j.§.ex his.ij.vbi hoc exponitur a ma-
giſtris.contemptibiles.i. laicos ſapientes in rebus
temporalibus: vel minores clericos qui non ita cu
rant de ſpiritualibus. Itaqꝫ ſecundum apoſtolũ,
indigne ſibi vſurpat apoſtolicus gradum contem-
ptibilium. vnde ⁊ dicebat ſcilicet Paulus Timo-
theum epiſcopum inſtruens.ij. ad Timo. ij. Nemo
militans deo,ĩplicat ſe negocijs ſecularib⁹.lxxxviij.
diſtinc.conſequens. xxi. q.iii.c.j. ij.iij. ⁊ extra ne cle.
vel mona.c.j.⁊ cap.ſed nec.vnde ⁊ Luc.xij. O ho
mo: quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem inter
vos? Et premiſit Lucas ibi. Magiſter: dic fratri
meo,vt mecum diuidat hereditatem. vbi Theophi
lus. Hi duo fratres quia de hereditate paterna diui
denda contendebant: conſequens erat vt alter alte
rum fraudare intenderet. Dominus autem docens
nos q̃ non oportet ad terrena flecti: repellit vocan-
tem eum ad hereditatis diuiſionem. Sequitur eniꝫ.
At ille dixit. O homo ⁊c. diuiſorem ſcilicet faculta-
tuꝫ. Et ibi Beda. Qui magiſtro fraterne pacis gau
dia commendanti terrene diuiſionis vult ingerere
moleſtiam: merito homo vocatur ſecundum illud.
ij.ad Corin.iij. Quum ſit inter vos zelus ⁊ conten
tio nonne homines eſtis? Item ibi Cyrillus. Fuit
autem dei filius quando factus eſt ſimilis nobis cõ
ſtitutus a deo patre in regem ⁊ principeꝫ ſuper ſyon
montem ſanctum eius annuncians diuinum man
datum: non queſtionum adſeſſor. Et ibi Ambr.
Bene ergo terrena declinat: qui propter diuina de-
ſcenderat: nec iudex dignatur eſſe litium ⁊ arbiter
facultatum: viuorum habens mortuorumqꝫ iudi-
cium arbitriumqꝫ meritorum: non ergo quid pe-
tas, ſed a quo poſtules intuendum eſt: nec maiori-
bus intento animo putes minoribus obſtrependũ.
Unde non immerito refutatur hic frater qui diſpen
ſatorem celeſtium geſtiebat corruptibilibus occupa
re: quum inter fratres patrimonium non iudex me
dius ſed pietas debet ſequeſtra diuidere: quãq̃ꝫ im-
mortalitatis patrimonium non pecunie ſit homini
bus expectandum. Item Bernar.ad Euge.lib.j.
Putas ne hec tempora ſuſtinerent: ſi hominibus
pro terrena hereditate litigantibus ⁊ flagitantibus
abs te iudicium, voce dñi tui reſponderes? O ho-
mines: quis me conſtituit iudicem ſuper vos? In
quale mox iudicium tu venires? Quid dicit homo
ruſticanus ⁊ imperitus ignorans primatum ſuum
inhonorans ſummam ⁊ preexcelſam ſedem, dero-
gans apoſtolice dignitati? Et tamen non monſtra-
bunt,puto, qui hoc dicent vbi aliquando quiſpiam
apoſtolorum iudex ſederit hominum aut diuiſor ter
minorum,aut diſtributor terrarum. Stetiſſe deniqꝫ
lego apoſtolos iudicandos. Mat. xix. Sediſſe iudi
cantes non lego. Erit illud:non fuit. ⁊ infra. Quis
me conſtituit iudicẽ ait ille magiſter ⁊ dñs,⁊ erit in-
iuria ſeruo diſcipuloqꝫ niſi iudicet vniuerſos? Mi-
hi aũt non videtur bonus eſtimator rerũ qui indi-
gnũ putat aplis ſeu aplicis viris non iudicare de ta
libus:quibus datũ eſt iudiciuꝫ in maiora. Quidni
contemnant iudicare de terrenis poſſeſſiunculis ho
minũ:qui in celeſtibus ⁊ angelos iudicabunt? j.ad
Corin.vj.extra qui fi.ſint legi. p venerabilẽ.§.ratio
nibus.in fi. Ergo in criminibus,nõ in poſſeſſionib⁹
poteſtas veſtra:pp illa ſiquidẽ ⁊ non pp has accepi
ſtis claues regni celoꝝ: pͥuaricatores vtiqꝫ excluſu-

ri:non poſſeſſores:vt ſciatis: ait Mat.ix.quia filius hominis poteſtatem habet in terra dimittere peccata ⁊c. Auenam tibi videtur dignitas maior ⁊ poteſtas,dimittendi peccata: an predia diuidendi? Sed non eſt comparatio. Habent hec infima ⁊ terrena iudices ſuos, reges ⁊ principes terre. Quid fines alienos inuaditis? Quid falcem veſtram in alienaz meſſem extēditis? xiij.q.j.c.j.vj.q.iii.c.j. Nō q: indigni vos: ſed q: indignū vobis talibus inſiſtere:qppe potioribus occupatis. Deniqꝫ vbi neceſſitas exigit:audi quid cenſeat:non ego:ſed apoſtolus.pri.ad Corinth.vj. Si enim in vobis iudicabitur hic mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis. Sed aliud eſt incidenter excurrere in iſta cauſa ſiquidem vrgente:aliud vltro incumbere iſtis tanqꝫ magnis digniſqꝫ tali ⁊ talium intentione rebus. hucuſque Bern̄. Pro hoc expreſſe facit canon Petri ad clementem papam qui ponitur. xj. q.j. te quidem. Te quidez oportet irreprehenſibiliter viuere: ⁊ ſummo ſtudio niti vt omnes huius vite occupationes abijcias:ne fideiuſſor exiſtas: nec aduocatus litiuz fias: neue in vlla alia occupatione inueniaris mundialis negocij occaſione perplexus. Neque enim iudicem neqꝫ cognitorem ſecularium negociorum hodie te ordinare vult chriſtus: ne prefocatus hominum curis,non poſſis verbo dei vacare:hec vero opera que tibi minus congruere diximus,exhibeant ſibijnuicem vacantes laici: ⁊ te nemo occupet ab his ſtudijs per quē ſalus hominibus datur. Idez ponitur in.c. ſeq.ſicut eniz. Teneat ergo dominus noſter papa conſilium Jetro datuz Moyſi: qui omnia negocia populi iſraelitici per ſe expedire volebat. Exo.xviij. vbi dicitur.Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populuz: qui adſiſtebat Moyſi vſqꝫ ad veſperam: quod quum vidiſſet cognatus eius omnia.ſcz que agebat in populo,ait: quid eſt hoc quod facis? cur ſolus ſedes:⁊ omnis populus preſtolatur de mane vſqꝫ ad veſperam? Et infra. At ille: non inquit bonam rem facis: ſtulto labore conſumeris: ⁊ tu ⁊ populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negocium: ſolus iſtud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atqꝫ conſilia:⁊ dominus erit tecuz. Eſto tu in populo in ijs que ad deum pertinent: vt referas que dicuntur ad eum. Et infra. Prouide autez de omni plebe viros potentes ⁊ timentes deum, in quibus ſit veritas: ⁊ qui oderint auaritiam: ⁊ conſtitue ex eis tribunos ⁊ centuriones ⁊ quinquagenarios ⁊ decanos qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit referat ad te: ⁊ ipſi minora tantummodo iudicent: leuiuſqꝫ tibi ſit partito in alios onere. Hoc autem ſanctū Jetro conſilium canones approbant:vt dominus papa ⁊ alij prelati ſua cum fratribus ſuis ⁊ ſubditis ſuis onera partiantur: ⁊ ardua eis reſeruentur.xxv.diſt.perlectis.verſi.archidiaconus.lxxxix.diſt.ſingula.vbi de hoc: cum duobus.c.ſeq.xciiij.diſtin.c.j.⁊. c.dictuz.x. q.j.epiſcopum.⁊ preall.c.te quidem. cum.c.ſeq.xi.q. j.⁊.ij.§.ex his.extra de offi.archidia.ad hec.ver. itez in epiſtola:⁊ de offi.archipreſ. vt ſingule. pri.reſpon. ibi. Quia etſi valde ſufficiens ſit:decet tamen vt ſua onera partiatur. de offi.ordi.inter cetera.de preſumptio. Mandata celeſtia efficacius gerimus: ſi noſtra cū fratribus onera partiamur:vbi de hoc.l.diſt. ponderet. Romanus ergo pontifex tot laboribus preſſus diuidens cum alijs onera ſua intret ad ſe:vt coram deo ſuo reſpiret: vacet ſibi: ⁊ videat quoniaz ipſe cuius eſt vicarius eſt deus. Quid autem operetur hec ſancta conſideratio ait Ber. in pri.lib.ad Eugen.dicens. Et primum quidem ipſum fontem ſuum. i.mentem. de qua oritur purificat conſideratio: deinde regit affectus: dirigit actus: corrigit exceſſus:componit mores: vitam honeſtat ⁊ ordinat: diuinarum pariter ⁊ humanarum rerum ſcientiam confert. Hec eſt que confuſa diſcriminat: hiantia cogit: ſparſa colligit: ſecreta rimatur: vera inueſtigat; veriſimilia examinat: ficta ⁊ fucata explorat: agenda preordinat:acta recogitat:vt nihil in mente reſideat:aut incorrectum:aut correctione egens:in proſperis aduerſa preſentit: in aduerſis quaſi non ſentit: quorum alterum fortitudinis: alterum prudentie eſt. Ibi etiam aduertere eſt ſuauiſſimum quendā complexum virtutum,atqꝫ alteram pendere ex altera. Sed quia fraus ⁊ circumuētio ⁊ violentia inualuere ſuper terram: calumniatores multi: defenſor rarus:vbiqꝫ potentes deprimunt pauperes:⁊ neceſſe eſt quandoqꝫ extra otium dn̄m papam actioni litigantium vacare: attendat compeſcere modū execrabilem qui in cauſis tenetur: qui non dico eccleſiam,ſed nec forum deceret. Quomodo enim religioſe aures Roma.ponti. audire ſuſtinent diſputationes aduocatorum,⁊ pugnas verborum: que magis ad ſubuerſionem q̄ꝫ ad inuentionem proficiunt veritatis? precidat ergo prauum morem: linguas vaniloquas: labia doloſa: hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium: loquuntur grandia: totus eoꝝ ſermo ſuperbia ⁊ vana gloria eſt.de peni. diſt.ij.ſi eniz.poſt tres colū.ver.nonne. diſerti aduerſus iuſtitiam: eruditi pro falſitate: ſapientes ſunt vt faciant mala. Hiere. iiij.candorem ſapientie ſibi adſcribunt:a luce ſuperne cogitationis excluſi. xlix. di. c.j.ver.albuginem:eloquentes vt impugnent. Verū ij ſunt qui inſtruunt a quibus fuerant inſtruendi: adſtruunt non comperta: ſed ſua:ſtruunt de proprio calumnias innocentie: deſtruunt ſimplicitatem veritatis: obſtruunt iudicijs vias. Nihil ita abſqꝫ labore manifeſtam facit veritatem, vt breuis ⁊ pura narratio: ergo illas cauſas ad quas neceſſe erit papam intrare: quia ad paucas: diligenter ſed breuiter decidere aſſueſcat: fruſtratorias ⁊ venatorias precidere dilationes.cap.extra de iudi.venerabilis. quia cauſe hodie in curia immortales exiſtunt: ⁊ quanqꝫ dicatur extra de do. ⁊ contu. finem litibus imponere cupientes: cum concor.ibi poſitis in prima gloſ. finis tamen vix eſt. Cauſa vidue intret ad papam: ⁊ eius qui non habet quid det. lxxxvij. diſtin.per totum.extra de foro compe.ex parte.c.lxxxi. diſtin.vidue.cum cap.ſequen. Compeſcat zelus domini pape tantam impudentiam multorum:qui quum manifeſte ambitionis prurigine ſcateat tota facies cauſe eorum: non erubeſcunt audientiam flagitare. Plena eſt ambitioſis eccleſia ⁊ negociatoribus:facta eſt in eis ſpelunca latronum in ſpolijs viatorum.pri.q.iij.ex multis. Igneſcat zelus pape chriſti diſcipuli ⁊ vicarij contra eos.xxiij.diſtin. in nomine domini. Erubeſcant trapezite huiuſmodi vultum eius. Apponat flagellum ⁊ eiiciat eos. Joan. ij. Matth. xxi. Timeant nummularii: nec fidant in nummis: ſed diffidant. Baruch. iii. Abſcondant os ſuum ab eo ſcientes effundere quam accipere paratiorem: hoc ſtudioſe ⁊ conſtanter agendo multos lucrifaciet lucrorum turpium ſectatores.

## De quinta conſideratione pape. Quid eſt. Quis eſt. Qualis eſt. Cap. 13.

Quinta conſideratio romani pontificis vt non ambulet in magnis: neqꝫ in mirabilibus ſupra ſe. ps. cxxx. eſt cogitare quid eſt: quis eſt: ⁊ qualis eſt. Quid in natura: quia homo: licet dei vicarius: mortalis. Eccle. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? Hinc homo ab humo vel a limo dicitur: qr vt ait Bern. Limoſa ⁊ glutinoſa nimis eſt, non modo exterior verum etiam interior ſubſtantia: ⁊ facile cor humanū oibus que frequentat adheret. j. Macha. ij. Gloria impij ſtercus ⁊ vermis: hodie extollitur: ⁊ cras non inuenitur: qr conuerſus eſt in terram ſuam. Eccle. vij. Humilia valde ſpiritum tuū: quoniam vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ps. Uidi impium ſuperexaltatū ⁊ eleuatū ſicut cedros libani. Tranſiui ⁊ ecce non erat. Job. v. Uidi ſtultū firma radice: ⁊ maledixi pulchritudini eius ſtatim.

Quis: papa vel ſummus pontifex caueat ſibi de honore tam ſublimi: ⁊ recordetur de infirmitate ſua: ne dicatur illud ps. xlviij. Nō quum in honore eſſet: non intellexit. Dicat ergo, Quis ego? aut que dom⁹ patris mei? nunquid non filius gemini ego ſum: de minima tribu iſrael: ⁊ cognatio mea nouiſſima iter omnes familias de tribu beniamin? j. Reg. ix. Recordetur ſibi dictum. Amice aſcende ſuperius. Luc. xiiij. Qui eum vocauit amicum, amicum eum fore confidit: ſi minus inueniat: non expedit quidē: qui eleuauit, ⁊ deijcere poteſt: ſera querela, quoniam eleuans alliſiſti me. ps. cj. Sed ad quid eleuatus dicis? Hiere. j. extra de maio. ⁊ obe. ſolite: vt euellas, ⁊ deſtruas, ⁊ diſperdas, ⁊ diſſipes, ⁊ edifices, ⁊ plantes: quid hoꝝ faſtum ſonat ruſticū magis? ſudoris ſchemate quodam labor ſpiritalis expreſſus eſt. Sciat ergo papa impoſitū ſibi miniſteriū, non dñium datum: diſcat exemplo prophetico non tam ad imperandum ꝙ̃ ad factitandū quod tps requirit: diſcat ſarculo ſibi opus eſſe: non ſceptro. ex in cle. in prohemio: ibi: per cultoris prouidi ſarculum: ⁊ quidē ille nō regeneraturus aſcendit: ſed extirpaturus: anteceſſores eius audierunt: meſſis quidē multa: operarij autem pauci. Luc. x. xxi. diſt. in nouo. Paternam ſibi vendicet hereditatē: Nā ſi filius: ⁊ heres. Gala. iiij. vt probet ſe heredē: euigilet ad curā: ⁊ non otio torpeat: ne ſibi dicatur: quid hic ſtas tota die otioſus? Mat. xx. Multo minus inueniri opꝫ aut delitijs reſolutū: aut reſupinū pompis: nil hoꝝ ſibi tabule teſtatoris aſſignant. Si illarū tenore content⁹ ſit: curā potius hereditabit ꝙ̃ gloriā: etſi diuitijs blanditur cathedra: ſpecula eſt: inde deniqꝫ ſuperintendit, ſonans ſibi epi noie non dñium, ſed officium. xxi. diſt. c. j. ver. epatus. viij. q. j. qui epatum. Quidni locetur in eminenti: vnde omnia proſpectet: qui ſpeculator ſuper omnia conſtituitur? Ezech. iij. Proſpectus iſte procinctum parit non otium: quando libet gloriari: vbi otiari non licet? nec locus eſt otio, vbi ſedula vrget ſolicitudo eccleſiarum. ij. ad Cor. xi. extra in prohemio. vj. lib. extra de cenſi. cum inſtantia.

Unde Bern. in. ij. lib. de conſideratione ad Euge. Nam quid tibi aliud dimiſit ſanctus apoſtol⁹? quod habeo, inquit, hoc tibi do. Act. iij. Quid illud? Unū ſcio: non eſt aurū: neqꝫ argentū: quū ipſe ibi dicat. Argentū ⁊ aurū non eſt mihi. Si habere contingat: vtere non pro libito: ſed pro tpe. Utere auro ſicut fictili: ⁊ fictili ſicut auro: ſic eris vtēs illis, quaſi nō vtens. j. ad Cor. vij. xxiij. q. v. ſcdm. Nā talia (qđ ad animi bonum ſpectat) nec bona ſunt nec mala. Uſus tñ hoꝝ bonus: abuſus malus: ſolicitudo peior: queſtus turpior. Eſto vt alia quacunqꝫ ratione hec tibi vendices: ſed non apoſtolico iure: nec enim ille tibi dare qđ non habuit potuit. j. q. vij. daibertū. cum. c. ſeq. Qđ habuit, hoc dedit: ſolicitudinē: vt dixi: ſuper eccleſias. Nunquid dñationē? Audi ipm. j. Pet. v. xcv. diſt. eſto. Non dñantes ait in clero: ſed forma facti gregis. Uide etiā Luc. xxij. ⁊ Mar. x. ⁊ j. Coloſ. iiij. ⁊ Mat. xx. Reges gentiū dñantur eoꝝ: ⁊ qui maiores ſunt poteſtatē exercent in eos: nō erit ita inter vos. Sed quicunqꝫ inter vos voluerit maior fieri: erit veſter miniſter. Apoſtolis interdicitur dñatus. J ergo tu, ⁊ tibi vſurpare aude aut dominās apoſtolatum: aut apoſtolicus dominatū. Plane ab alterutro prohiberis. Si vtrunqꝫ ſimul habere voles: perdes vtrunqꝫ. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur ſic deus. Jpſi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterūt: ⁊ ego non cognoui eos. Oſee. viij. viij. q. j. audacter. Unde ſuper predicto verbo Matt. principes gen. do. eorū. dicit Orige. Et non contenti bene regere ſuos ſubditos, violenter eis dominari nituntur: inter vos autem qui eſtis mecū, nō erunt iſta: quoniā ſicut omnia carnalia neceſſitate ſunt poſita: ſpiritualia autem in voluntate: ſic ⁊ qui principes ſimiliter ſunt ſpirituales, principatus eoꝝ in dilectione ſubiectoꝝ dꝫ eſſe poſitus: non in timore corporali. Jtē Chryſo. in homil. Oſtendit autem in hoc ꝙ gentile eſt primatus cupere: ⁊ ſic gentiū comparatione eoꝝ aiam eſtuantē conuertit. Jtē idē ibi ſuper Matth. Et opus quidē deſiderare bonū eſt: qr noſtre voluntatis eſt: ⁊ noſtra eſt merces. Primatū aūt honoris concupiſcere: vanitas eſt: hoc enim conſequi iudiciū dei eſt: propterea ꝙ ex primatu honoris neſcim⁹ an mercedē iuſtitie meremur. Neqꝫ enim apl's laudem hꝫ apud deū qr apl's fuit: ſed qr opus apoſtolat⁹ ſui bene impleuit. Nec apl's pro merito ſuo antecedēti honoratus eſt vt eſſet apl's: ſed ad hoc miniſterium aptus eſt iudicatus ſꝫ votū aīe ſue. Primatus etiā ſe fugientem deſiderat: deſiderantē ſe horret. j. q. vj. ſicut. viij. q. j. in ſcripturis. Conuerſatio ergo melior deſideranda eſt: non dignior gradus. Uolens ergo dominus duoꝝ fratrum filioꝝ Zebedei ⁊ alioꝝ indignationem extinguere: introducit differentiam inter principes mundiales ⁊ eccleſiaſticos: oſtēdēs qr primatus in chriſto: nec ab aliquo appetendus eſt non habente: nec alteri inuidendus eſt habenti:

Pricipatus mundani ⁊ eccleſiaſtici diſcrimen

quia principes mundi ideo ſunt: vt dominentur minoribus ſuis: ⁊ eos ſeruituti ſubijciant ⁊ expolient: ⁊ vſqꝫ ad mortem eis vtantur ad ſuam vtilitatem ⁊ gloriam. Principes autem eccleſie fiunt, vt ſeruiant minoribus ſuis: ⁊ miniſtrent eis quecunqꝫ acceperunt a chriſto: vt ſuas vtilitates negligant: ⁊ illorum procurent: ⁊ mori non recuſent pro ſalute inferiorum. Primatum ergo eccleſie concupiſcere, neqꝫ iuſtum eſt neqꝫ vtile. Quis enim ſapiens vltro vult ſe ſubijcere ſeruituti: ⁊ periculo tali vt det rationem pro omni eccleſia? niſi forte qui non timet dei iudicium: abutens primatu ſuo eccleſiaſtico ſeculariter: ita vt conuertat illum in ſecularem: hucuſque Chryſoſtomus. Adde quod ſcripſi. ſupra eodē. §. tertia. in capitulo vndecimo. Jtem



UNED

Hiero. Deniqꝫ ſui preponit exẽplum: vt ſi dicta par-
uipenderent, erubeſcerẽt ad opera. vnde ſubdit. Si-
cut filiꝰ hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtra
re. Origenes. Nam etſi angeli Matth. xvij. ⁊ .iiij. ⁊
Luc. x. Jo. xij. ⁊ Martha miniſtrauerunt ei: tamen
non ideo venit vt miniſtraretur: ſed vt miniſtraret:
⁊ tantum creuit miniſtrans, vt impleretur quod ſe-
quitur: ⁊ daret animam ſuam redemptionem pro
multis, Eccleſiarum ergo principes imitari de-
bent chriſtuꝫ acceſſibilem. Mat. ix. Luc. viij. Mar.
v. Et mulieribus loquentem. Joan. iiij. Et pueris
manus imponentem, Mat. xviij. Et diſcipulis pe-
des lauantem. Jo. xiij. ⁊ ipſi ſimiliter faciant fratri-
bus. Nos autem tales ſumus: vt etiam principatus
mundi ſuperbia excedere videamur: vel non intelli
gentes, aut contemnentes mandatum chriſti queri
mus: ſicut reges acies precedentes ⁊ terribiles: nos
acceſſu difficiles, maxime pauperibus exhibemus:
nullam affabilitatem habentes: vel haberi ad nos
permittentes. Jtem Chryſo. Quantumcunqꝫ er
go humiliatus fueris: tu non poteris tantum deſcẽ
dere ſicut chriſtus. Jtem Luc. xxij. Facta eſt autem
⁊ contentio inter eos quis eorum videretur eſſe ma
ior. Greg. Hec contentio videtur habuiſſe motiuuꝫ,
ꝙ quum dñs ab hoibus tranſmigraret: oportebat
aliquẽ eoꝝ fieri alioꝝ principẽ, quaſi vicẽ dñi geren
tem. Jtem Beda. Sicut boni in ſcripturis exem
pla patrum quibus proficiant ⁊ humilientur, requi
runt: ſic reprobi ſi quid forte in electis reprehenſibi
le repererint: quaſi ſuas ex eo nequitias obtecturi, li
benter ſolent amplecti. Jdeo multi ardentius legũt
ꝙ facta eſt contentio inter diſcipulos chriſti. Unde
ibi Amb. Si enim contendebant apoſtoli: non excu
ſationi obtenditur: ſed cautioni proponitur. Cauea
mus ergo ne in perditione aliqua inter nos de pre-
latione poſſit eſſe contentio. Beda. Potius au-
tem videamus: non quid carnales adhuc diſcipuli
geſſerint: ſed quid iuſſerit ſpiritualis magiſter. Se-
quitur enim, dixit autem eis. Reges gentiuꝫ domi
nantur eoꝝ. Chryſ. Gentiliũ meminit: vt ex hoc reꝫ
vituperandam oſtendat: gentilium enim eſt ambire
primatum. Cyrillus. Sed ⁊ blandi ſermones eis of
feruntur a ſubditis. vnde ſequitur. Et qui poteſtatẽ
habent ſuper eos benefici vocantur: ſed illi quidem
quaſi extorres a ſacris legibus huiuſmodi ſubiacẽt
moribus: veſtrum autem culmen eſt in humilitate.
Unde ſequitur. Uos autem non ſic: ſed qui maior
eſt in vobis: fiat ſicut minor. Baſilius. Non ex-
tollat preſidentem dignitas: ne ab humilitatis bea
titudine corruat. Jllud autem nouerit ꝙ humilitas
vera, miniſteriũ pluriũ eſt. Sicut enim qui pluribus
miniſtrat vulneratis: ⁊ abſtergit cuiuſlibet ſaniem:
non ſumit miniſteriũ in cauſam elationis: ſic multo
magis cui cõmiſſe ſunt cure fraternoꝝ languorũ fit
omniũ miniſter: redditurus pro oibus rationẽ: cogi
tare debet ⁊ eſſe ſolicitus: ⁊ ſic qui maior eſt fiat ſi-
cut minor. Decet autẽ etiã corporale obſequium
ab ijs qui preſident offerri: exẽplo dñi lauantis pe-
des diſcipuloꝝ. Unde ſequitur. Et qui preceſſor eſt
ſit ſicut miniſtrator. Nonne autem timenduꝫ: ne in
ſubdito ſoluatur humilitatis propoſituꝫ: dũ ei a ma
iori ſeruitur? ſed in imitatione panditur humilitas.
Amb. Contuendum eſt auteꝫ qꝛ non oïs hono-
rificentie ſtudio humilitas definit.] Poteſt enim de
ferri alicui propter ſeculi gratiã, potentie metũ, vtili
tatiſqꝫ contuitũ: ⁊ tunc ſua edificatio queritur: non
alterius honor: ⁊ ideo vna datur oibus forma ſnĩe,
vt non de prelatione iactantia ſit: ſed de humilitate
contentio. Beda. Jn hac tñ forma a dño tradi-
ta, maiores nõ minima diſcretione opus habent: ne
ſcꝫ ad inſtar regũ gẽtiũ dñari ſubiectis, ſeſeqꝫ ab eis
gaudeant laudibus attolli: ⁊ tñ contra delinquẽtiũ
vitia ſint erecti. Ad ỽba autẽ exhortationis ſuimet
adiungit exẽplũ. vnde ſequitur. Nã quis maior eſt
qui recumbit: aut qui miniſtrat? Nonne qui recum
bit? Ego autẽ in medio veſtruꝫ ſum: ſicut qui mini-
ſtrat. Chryſo. q. d. Non putes tu diſcipulũ tui egere:
te vero non illius: ego vero qui nullo: ego quo vni-
uerſa egent: celeſtia ⁊ terreſtria: ad miniſterialẽ gra
dũ conſcẽdi. Beda. Loquitur de miniſterio quo
ſm Joan. c. xiij. eoꝝ pedes lauit dñs ⁊ magiſter: qꝫ-
uis etiam verbo miniſtrandi poſſint oïa que in car
ne geſſit intelligi: ſꝫ ⁊ ſuũ ſanguinẽ nobis miniſtrã-
do effudit. Eſt ergo, vt ex predictis patet, forma
apoſtolica hec: qua dñatio interdicitur: indicitur mi
niſtratio. vnde ſuper uerbo predicto. Ego auteꝫ ⁊c.
Berñ. ad Euge. ij. lib. Quis iã ſe titulo hoc inglorium
putet quo ſe prior dñs. Act. vij. glorie. preſigniuit?
Merito Paulus gloriatur in eo dicens. ij. ad Cor.
xi. Miniſtri chriſti ſunt: ⁊ ego: ⁊ addit. Ut minus
ſapiens, dico. Plus ego. Jn laboribus plurimis: in
carceribus abundantius: in plagis ſupra modũ: in
mortibus frequenter. Quo non id glorioſius prin
cipatu? Si gloriari oportet: forma ſanctoꝝ tibi prefi
gitur: apoſtoloꝝ proponiſ gloria. Parua ne tibi il-
la videtur? Quis mihi tribuat ſimilẽ fieri in gloria
ſanctoꝝ? ps. cxxxviij. Eccleſ. xlv. Clamat propheta
Dauid. Mihi auteꝫ nimis honorati ſunt amici tui
deus: nimis confortatus eſt principatus eoꝝ. Cla-
mat apl's Gal. vj. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce
dñi noſtri ieſu chriſti. Hoc glorieris opto: ſemp optimo
mo genere glorie: qđ apli, qđ prophete delegere ſibi:
tranſmiſere tibi. Agnoſce hereditatem tuã in chriſti
cruce in laboribus plurimis. Felix qui dicere potuit:
plus omnibus laboraui. j. ad Corint. xv. Gloria eſt:
ſed nil in ea inane: nil molle: nil reſupinuꝫ. Si labor
terret: merces inuitet. Unuſquiſqꝫ enim ſm ſuum la
borẽ mercedẽ. ex̃ de renun. niſi cũ pridẽ. §. verũ. j. ad
Corint, iij. recipiet. Exi in agruꝫ domini tui. Exi in
mundum: ager eſt enim mundus. Mat. xiij. iſqꝫ ti-
bi creditus. Exi in illum: non tanqꝫ dñs, ſed tanqꝫ
villicus. Luc. xvi. videre ⁊ procurare vnde exigen-
dus es rationẽ. Exi dixerim, quibuſdã tue paſſibus
intente ſolicitudinis ⁊ ſolicite intentionis. Neqꝫ. n.
ipſi apoſtoli qui iuſſi ſunt ire in orbem vniuerſum:
totum orbem circuierunt preſentia corporis: ſed mẽ
tis prouidentia. Jn hunc quondam agrum Jſaac
patriarcha exierat. Geñ. xxiiij. ad meditãdum: tu ad
extirpandum egrediaris neceſſe eſt. Hiere. j. huc uſqꝫ
Berñ. Ex omnibus predictis originalibus liquet
dominum papam ſe debere habere vt ſeruum, diſpẽ
ſatorem, laboratorem, villicum: ⁊ non vt dominũ.
Unde idem Bernar. ad Euge. prope finem. iiij.
lib: ait. Conſideres ante omnia Romanam eccle-
ſiam, cui deo authore prees: eccleſiarum matrem
eſſe: non dominaꝫ: te vero non dominum epiſcopo-
rum: ſed vnum ex ipſis: ad hec. xij. q. ij. qui abſtulerit
xvj. q. j. vos autem. xij. diſt. c. j. xcvij. diſtin. eccleſie. de
conſecra. diſtinc. iiij. mater. extra de magiſtris. cap. j.
de priuil. antiqua. extra de ſum. tri. c. j. lib. vj. de elect.
fundamenta. lib. vj. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus.
Nam ipſa nos genuit. lxviij. diſtinc. c. vlt. ſcilicet per
baptiſmum.

baptiſmū: vt in prealle. c. qui abſtulerit. Et ideo oēs fideles vocantur fratres. xi. q. iii. ad menſam. Unde ⁊ Romana eccleſia eſt aliarum eccleſiarum mater: non domina. Neqꝫ dominus papa proprie dñs eſt: nec imperator proprietarius rerū imperij. C. de quadri. preſcrip. lib. vij. a zenone. diſt. viii. quo iure. Unde ⁊ phs. Sic omnia ſapientis ſunt: vt nihilominus quiqꝫ proprium in rebus ſuis dominiū habeat. Iure ciuili omnia regis ſunt. xviij. q. j. quo iure: ⁊ tamē illa quorum ad regem pertinet vniuerſa poſſeſſio: ⁊ in ſingulos dños diſtributa ſunt: ⁊ vnaqueqꝫ res hꝫ ſuum poſſeſſorem. Itaqꝫ regi ⁊ domuꝫ ⁊ mancipiū ⁊ pecuniam dare poſſumus: nec dare illi de ſuo dicimur. Ad regem omniuꝫ poteſtas pertinet, defenſio, ⁊ gubernatio: ad ſingulos proprietas: facit pro hoc. vij. q. j. mutationes. in prin. ibi. Aut dominatione. x. q. iij. qr cognouimus. ibi. Non vt dominantes ⁊c. ⁊ ix. q. iij. nullus. ibi. Nec aliquo dominationis faſtu. ⁊ ob hoc forte ſcripſerunt Inno. ⁊ Oſtiē. ꝙ ſi imperator vel alius princeps ſine iuſta cauſa faceret conſtitutioneꝫ ꝙ dominia de altero in alterum transferrentur: talis conſtitutio non teneret: nec in foro anime: nec ciuili ſeruanda eſt. c. xij. diſtin. c. j. ⁊. ij. ij. q. vij. quapropter. ⁊ hoc ipſi no. extra de immu. eccle. quia pleriqꝫ. de hoc vide quod no. C. de pci. impe. off. quotiens. in gloſ. j. in fi. ⁊ quod no. lxiij. diſt. ego lodoicꝰ. in gloſ. j. ⁊. ix. q. iij. per principalem. in gloſ. ij. Quicquid ſit, eccleſia romana in canone domina vocat. lxxix. diſt. oportebat. de hoc no. etiam Archidia. extra de ſumma tri. fideli. in gloſ. xij. lib. vj. Pro iſta etiam humilitate papali dicitur Mar. x. ibi. Scitis qr ij qui videntur eis principari gentibus: dominā tur eis: ⁊ principes eoꝝ poteſtatē habent ipſoꝝ. Nō ita eſt in vobis: ſed quicunqꝫ voluerit maior fieri: erit veſter miniſter: ⁊ quicūqꝫ voluerit in vobis primus eſſe: erit omnium ſeruus: ⁊ premittitur. Vocans eos. Theophilus Demonſtrando ꝙ vſurpare honorem, ⁊ deſiderare primatū gentiliuꝫ eſt: gentiliū principes tyrannice ⁊ damnabiliter ad principatū ſe ingerunt: non ita in vobis. Beda. In quo docet eum maiorem eſſe, qui minor fuerit: ⁊ illum dñm fieri, qui omniuꝫ ſeruus fit. Fruſtra igitur aut illi immoderata queſierunt: aut iſti dolent ſup maioritatis deſiderio, quum ad ſummitatem virtutuꝫ non potentia, ſed humilitate veniatur. Deniqꝫ proponit exempluꝫ: vt ſi dicta paruipendant: erubeſcāt ad opera. Unde ſequitur. Filius hoīs non venit vt miniſtraretur ei: ſed vt miniſtraret: ⁊ daret animam ſuam redēptioneꝫ pro multis. Theophilus. Quod maius eius eſt, q̄ꝫ miniſtrare. Quum enim aliquis pro eo cui miniſtrat moritur: quid iſto poteſt eſſe maius ⁊ mirabilius? Iteꝫ Bern. in. ij. lib. ad Euge. Accingere gladio tuo. ps. xliiij. gladio ſpiritus quod eſt verbum dei. Ephe. vj. Glorifica manum ⁊ brachium dextrum in faciendo vindictā in nationibus increpationes in populis: in alligando reges eoruꝫ in compedibus, ⁊ nobiles eorū in manicis ferreis. ps. cxlix. Si hec facis: honorificas miniſteriuꝫ tuū, ⁊ miniſterium te. Domabis ⁊ perſequeris lupos: ſꝫ ouibus non dominaberis. Joan. vlti. Paſcendas vtiqꝫ, non premendas ſuſcepiſti. Si bene conſideraſti quis ſis: hec te oportere facere nō ignoras. Porro ſcienti ⁊ non facienti peccatum eſt tibi. de pen. di. ij. ſi enim. Jaco. iiij. Seruus ſciens voluntatem domini, ⁊ non faciens: plagis vapulabit multis. Luc. xij. Sic prophete, ſic apoſtoli factitabant. Fortes fuere in bello. Heb. xi. Non molles in ſericis. xxi. q. iiii. c. j. Si filius es ⁊ ſucceſſor apoſtoloꝝ ⁊ prophetarū: ⁊ tu fac ſimiliter. Vendica tibi nobile genus ſimilibus moribus: quod non aliunde nobile q̄ꝫ moꝝ ingenuitate ⁊ fidei fortitudine fuit. Per hāc vicerūt regna: operati ſunt iuſtitiā: adepti ſunt repromiſſiones. Heb. xi. Hoc chirographum tue paterne hereditatis quod tibi euoluimus: vbi inſpicias portioneꝫ que te. Luc. xv. cōtingit. Induere fortitudinē. Prouerb. vlti. ⁊ hereditaſti. Poſſide fidem, poſſide pietatem, poſſide ſapientiam: ſed ſapientiam ſanctoꝝ. Eccle. xxxix. Ipſa eſt timor. Eccle. j. domini. Et habes quod tuum eſt. Mat. xx. Habes ſine defraudatione integrum paternum fundū. Precioſiſſimus fundus virtus eſt. Bonus fundꝰ humilitas in quo omne edificium ſpirituale conſtructum, creſcit in tēplum ſanctum in domino. Ephe. ij. Per hanc etiaꝫ nonnulli poſſedere portas inimicoꝝ. Que eniꝫ virtutum eque poteſt demonum debellare ſuperbiam: tyrannidem hominum? Ceterum quum omni indifferenter perſone hec ſit quedam turris fortitudinis a facie inimici. ps. lx. neſcio tamē quo pacto vis eius maior in maioribus, ⁊ in clarioribꝰ clarior cōprobatur. Nulla ſplendidior gemma in omni precipue ornatu ſummi pontificis. Quo enim celſior ceteris: eo humilitate appareat illuſtrior ⁊ ſeipſo: huculqꝫ Bernar. Unde Grego. doctor hac virtute inter omnes romanos pontifices decoratus, ait. Nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius fulget q̄ꝫ humilitas. Sed iſta virtus vix inuenitur in filijs hominum. vnde Bernar. Magna prorſus ⁊ rara virtꝰ humilitas honorata. Et Chryſoſto. Hoc vere magnum ⁊ mirabile eſt: ſi is qui vere magnus eſt nihil de ſe magis ſentit aut loquitur: ſed vltimum ſe omnium iudicat. c. diſtinct. contra morem. Iſte Gregorius humillimus fuit primus qui ex humilitate ſeruum ſeruoꝝ dei ſuis literis ſe vocauit: ⁊ poſt eum ad exemplum eius ſic ſe alij Romani pontifices vocauerunt: vt habetur in chronica martiniana. Que clauſula nedum ponitur in iuribus nouis in princ. prohe. grego. ⁊. vj. lib. ⁊ cle. ſed ⁊ in veteribus. j. q. iij. ſaluator. in tit. ⁊. lxiij. diſt. noſſe. in ti. ⁊. c. in ſynodo. ⁊ extra de ſen. excō. relatum. Ex hac humilitate in ſalutatione ſe poſtponit Clemens. xij. q. j. c. ij. ⁊ poſtponitur ab imperatore. xcvij. diſt. victor. ⁊. lxiij. diſ. ego lodoicus. Seruum autem ſe vocat papa ſeruoruꝫ dei: qr papa eſt ſeruus beati Petri ⁊ Pauli. Unde verſus. Seruierant tibi Roma prius dñi dñorum. Seruoꝝ ſerui nunc tibi ſunt dñi: ſic no. j. q. vij. quotiens. in gloſ. c. contra. ⁊ no. Archidia. in prohemio. vj. lib. in gloſ. in chronica. Item ſeruus vocatur papa: qr quum ſit liber ex omnibus: omnium ſe ſeruuꝫ facit vt omnes lucrifaciat. j. ad Corin. ix. xxviij. q. j. iā nunc. ver. iaꝫ vero: ⁊ propter laborē ⁊ ſolicitudinem quā ſuſtinet pro oībus ſicut ſeruus. extra in prohemio. vj. lib. ſacroſancte. ⁊ ex̄ de cenſi. cū inſtantia. ex̄ de offi. leg. officij. lib. vj. ⁊ de reſti. ſpo. frequēs. lib. vj. Vocatur etiam papa ſeruus: qr ſicut p ſeruum acquiritur dño: ſic per papā cuilibet eccleſie poteſt acquiri. vt no. ex̄ in prohe. decre. Grego. eps. in gloſ. ſic etiam. Iteꝫ qr dicit dominus. Mar. x. Qui maior eſt veſtrum: erit miniſter veſter. Non veni miniſtrari: ſed miniſtrare. ix. q. iij. nullus primas. ⁊ dixi. s̄. in alio folio. ver. item Hieronymus: ⁊ ver. Cyrillꝰ. Ex hac humilitate papa Leo ſe cōmittit iudicio īperatoris. ij. q. vij. nos ſi. ⁊ Sixtꝰ papa purga

Regis ſūt oia iure ciuili.

Seruꝰ ſeruoꝝ dei papa vocatur.

tioni.ij.q.v.mandaſtis: quod eſt verbum humilitatis in papa. Et Leo papa ea.cauſa ⁊ q.auditum. Ex hac humilitate Greg. doctor non vult vocari papa vniuerſalis: quia vocat hoc verbum ſuperbe appellationis,xcix.diſt.ecce.⁊ tamen vniuerſalis eſt: ⁊ in omnibus eccleſijs ordinarius papa.extra de priuil. antiqua: ⁊ vniuerſalis vocatur.xcvj.diſt.conſtantinus. Leo papa vocat imperatorem ⁊ imperatricem dominos.lxiij.diſt.nobis.⁊.c,plebs. ⁊.c. ſalonitane.

Item paret comiti.diſt.ea.lectis. Papa ſupplicat regibus,xxiij.q.viij.hortatu. Ex ſumma humilitate Grego.nullo modo ſe laudari permittebat. Nã Stephano epiſcopo qui eum in ſuis epiſtolis laudauerat: iſta ſcribit. Multum mihi ⁊ vltra q̃ʒ audire debui indignus fauorem in veſtris epiſtolis demonſtraſtis: ⁊ tamen ſcriptum eſt: Ne laudes hominez q̃ʒdiu viuit. Eccl.xj. tamen etſi audire talia dignus non fui: orationibus veſtris peto vt dignus efficiar: vt ſi bona ideo in me dixiſtis quia non ſunt: ideo ſint quia dixiſtis. Item in epiſtola ad Marſum patritium. Chariſſime frater: Simiam, leonem vocas: quod eo modo nos agere te conſpicimus: quo ſcabioſos ſepe catulos, pardos vel tigres vocamus.

Item in epiſtola ad Anaſtaſium patriarchã Antiochenum. Quod vos meos domini: quod lucernam dicitis: quod loquendo multis prodeſſe multiſqʒ lucem poſſe infundere perhibetis: eſtimationẽ meam mihi fateor in dubitationem maximaz perduxiſtis. Conſidero nanqʒ quid ſum: ⁊ nihil in me ex huiuſmodi boni ſigno deprehẽdo. Conſidero autem quid eſtis: ⁊ vos mentiri poſſe non arbitror. Quum ergo credere volo quod dicitis: contradicit mihi infirmitas mea. Quum diſputare volo quod in laudem meam dicitur: contradicit mihi ſanctitas veſtra. Sed queſo vir ſancte: vt nobis aliquid de hoc certamine noſtro conueniat: vt ſi non quod dicitis ita eſt: ſit ita qꝛ dicitis. Verba etiam ⁊ vocabula vanitatem vel iactantiam ſonantia omnino reſpuebat. Unde Eulogio patriarche Alexãdrino vocanti eum vniuerſalem papam: ita ſcribit. In prefatione epiſtole quam ad me direxiſti: ſuperbe appellationis verbum, vniuerſalem me papam dicens, imprimere curauiſti: qđ peto dulciſſima ſanctitas veſtra vltra non faciat: qꝛ vobis ſubtrahitur quod alteri plus q̃ʒ ratio exigit, prebetur. Ego enim verbis proſperari non quero: ſed moribus: nec honorem meum eſſe deputo, in quo fratres meos honorem perdere cognoſco. Recedant ergo verba que vanitatem inflant: charitatem vulnerant. prealle.c.ecce. xcix, diſt. Hinc eſt ꝙ quum Joannes epiſcopus Conſtantinopolitanus hoc vocabulum vanitatis ſibi vſurparet: ⁊ ſe vniuerſalem papam vocari fraudulenter a ſynodo obtinuiſſet: inter cetera ſic de eo ſcribit Greg. Quis eſt iſte qui contra ſtatuta euangelica, contra canonum decreta, nouum ſibi nomen vſurpare preſumitur? vtinaz vel ſine imminutione, ſit vnus, qui eſſe appetit vniuerſus. Verbum etiã iuſſionis ſibi a coepiſcopis dici nolebat. Unde ait ad Eulogium epiſcopum Alexandrinũ. In epiſtola veſtra mihi loquitur charitas dicens. Sicut iuſſiſtis: quod verbum iuſſionis peto a meo auditu remoueri: quia ſcio qui ſum: ⁊ qui eſtis: loco enim mihi fratres eſtis: moribus patres. Inſuper ob nimiam humilitatem qua erat preditus: nolebat ꝙ matrone ſe ancillas ſuas dicerent. vnde Ruſticane patritie ſcribens ait. Unum in tuis epiſtolis egre ſuſcepi: quod qꝛ ſemel eſſe poterat: ſepius dicebatur ancilla veſtra. Ego enim qui ꝑ ep̃atus onera omniũ ſeruus ſum factus: qua ratione te mihi ancillam dicis cuius ante receptum epiſcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem deum ne hoc verbum aliquando ad me in ſcriptis tuis inueniam.

Libros ſuos ob nimiam humilitatem, dũ adhuc viueret: publicari nolebat: ⁊ in alioruz comparatione ſuos nil valere exiſtimabat. Unde Innocentio prefecto aphrice ſic ſcribit. Quia expoſitionem ſancti Job vobis tranſmitti voluiſtis: veſtro ſtudio cõgaudemus. Sed ſi delicioſo cupitis pabulo ſaginari: beati Auguſtini compatriote veſtri opuſcula legite: ⁊ ad comperationem illius ſimilaginis noſtruz furfurem non queratis: nec enim volo dum in hac carne ſum: ſi qua me dixiſſe contigerit: ea facile hominibus innoteſcere. Legitur etiam de eo ꝙ quũ quidam ſanctus pater noĩe abbas Joãnes Romã ad viſitanda limina apoſtolorum veniſſet: ⁊ beatuz Grego. papam per medium ciuitatis tranſire vidiſſet: voluit ei occurrere: ac vt decebat reuerentiam exhibere: cernens vero beatus Greg. ꝙ ſe in terraz volebat proſternere: feſtinauit: ⁊ primo coraz ipſo ſe in terram proſtrauit: nec inde ſurrexit quoaduſqʒ abbas primo ſurrexit in quo maxima eius humilitas commendatur: quã pro hereditate reliquit ſuis ſucceſſoribus obſeruandam. In epiſtola etiam quã Apocriſario mittit: ſic ait. Unum eſt quod ſuggeratis dñis veſtris: quia ſi ego ſeruus eorum in mortez Longobardorum vel damnũ me miſcere voluiſſez: hodie Longobardoꝝ gens nec regez, nec ducẽ, nec comites haberet: ſed qꝛ deũ timeo: in mortẽ cuiuſlibet hoĩs me miſcere formido, xxiij.q. viij. ſi in morte. Ecce quante humilitatis fuit: qꝛ quum eſſet ſummus pontifex: imperatoris ſe ſeruũ uocabat: ⁊ dñm ſuũ eũ appellabat. Ecce quãte innocẽtie: qꝛ in mortem ſuoꝝ inimicoꝝ conſentire nolebat. Itẽ quuz Mauritius imperator Gregoriũ ⁊ eccleſiã dei perſequeretur: inter cetera ſic ſcribit ei Gregoriꝰ. Quia enim peccator ſum: credo ꝙ oĩpotentẽ deũ tanto vobis amplius placabitis: quãto me male ſeruientem affligitis. Inaudita humilitas in tãto ſancto: ꝙ credebat tyrannũ ⁊ perſecutorẽ eccleſie deũ ſibi placare quũ eũ affligebat: nec aliud credebat in cõſciẽtia q̃ʒ dicebat. xxij.q.ij.cũ humilitatis: quod de perfectiſſima mentis humilitate ⁊ ſui abiectione prouenire non dubium fuit. Proprium enim humilium eſt: de ſe modica ſentire: ⁊ de alijs magna. ſm eundem Greg. Unde Phil.ij. Sed in humilitate ſuperiores ſibijnuicem arbitrantes. vbi dicit gloſ. Alter alterũ reputet digniorẽ: poteſt enim aliquid eſſe occultum in alio quo nobis ſuperior ſit. Ex ſumma humilitate Grego.papa pueros cantum docebat: ⁊ flagelluz eius quo pueris minabatur: cum antiphonario Rome cum veneratione debita reſeruatur. Ceſſet ergo faſtus Romanorum pontificum uicariorum filij dei in carne humiliati. Phil.ij.⁊ crucifixi, noſtro infelici tempore tumentium: ⁊ ſuccedant ſic in humilitate Gregorio, ſicut ⁊ dignitate. Unde Hieron. Fatiſcat (alias faceſſat) inuidia: romani culminis recedat ambitio: cum ſucceſſore piſcatoris diſcipulo Chriſti loquor. xxiiij.q.j.quoniam uetus. vbi gloſ. dicit: ꝙ quum duo certarent de electione papatus: ⁊ unius nobilitas allegaretur: alius ex aduerſo reſpondit. Piſcatori Petro fabri filio chriſto. Mathe.xiij.⁊ Mar.vj. Luc.iiij.⁊ ſimile Jo.vj. ſucceſſo-

Gregoria ne modeſtie exempla non pauca.

rem querimus:non auguſto.ver. Nobilitas faſtum: faſtus litem parat: armat Lis odium: capiunt hec tria mortis iter. Conſideret papa ꝙ non qꝛ ſummus pontifex ideo ſummus: qui enim ſummum ſe credit:infinitum ſe exiſtimat: ſed quis ſummus cui addi non poſſit? ſolus deꝰ eſſentialiter bonus ⁊ in infinitum bonus. Marc.x. Mat.xix. ⁊ Luc.xviij. de peni.diſt.j.quia diuinitatis. Nunquid ſemita iuſtoꝛuȝ quaſi lux ſplendens procedit ⁊ creſcit vſq; in perfectum diem? Prouerb.iiij.de peni.diſt.ij.non reuertebantur. Abſit a papa credere hoc. Hoc enim illoꝛum eſt qui dignitates virtutes putant. Auguſtis relinquat illam ſententiam: alijſq; qui diuinis coli honoꝛibus non timuerunt.verbi gratia. Nabuchodonoſoꝛ. Alexandro. Antiocho.in lib. Macha. Herodi. Act.xij. Papa vero conſideret non conſummatione ſe ſummum dici:ſed;comparatione:nec cõparatione meritoꝛum:ſed miniſterioꝛum. j. Pe.iiij. ⁊.j.ad Corin.iiij. Sic eum exiſtimet quilibet vt miniſtrum chꝛiſti:⁊ inter miniſtros ſummũ. Dicat papa cum Paulo. Non ꝙ iam acceptus aut iam perfectus ſim.⁊ rurſum. Et me nõ arbitroꝛ comprehẽdiſſe. Phil.iij.hec ſcientia ſanctoꝛum: hec longe ab illa que inflat.j.ad Corin.viij.extra de renun.niſi cũ pridẽ.§.de profectu. Reſtat adhuc querere cuiq; pape quis ſit quam gerat in eccleſia dei pro tempoꝛe perſonam. Eſt autem poteſtate Petrus.extra de elec.c.ſignificaſti.§.ceterum. Unctione chꝛiſtus. extra de ſacra vnc.c.vnico. Cui claues tradite:cui oues vniuerſe cõmiſſe ſunt. Joan.vlt.extra de elect.ſignificaſti. Et quidem alij ianitoꝛes ⁊ gregum paſtoꝛes. xcv.diſt.eſto:ſed ipſe tanto glorioſius: quanto ⁊ differentius. Heb.j.vtrunq; preceteris nomen hereditauit. Habent illi ſibi aſſignatos greges:ſinguli ſingulos:ſibi vniuerſi crediti.extra de ma.⁊ obe.ſolite. ij.q.vj.decreto.non modo ouium:ſed ⁊ paſtoꝛum ipſe vnus omnium paſtoꝛ: qꝛ vicarius pꝛincipis paſtorum. xcv. diſt.eſto. De hoc autem copioſe in prima parte iſtius operis.ſupꝛa tractaui.nec hic repeto:ſed ibi remitto. Sed proſequoꝛ vt papa tumoꝛem deponat:vt conſideret quid ſit:qꝛ homo:quis:qꝛ eṕs. homo natus: eṕs factus: ſed qualiter natus attendat:de muliere:ad literam:breui viuens tempoꝛe:qꝛ parum viuũt pape:repletur multis miſerijs plus q̃ȝ alij homines. Job.xiij. Tollat proinde nunc hereditaria hec perizomata ab initio maledicta. Geneſ.iij. de pen.diſt.j.adam. Dirumpat velamen folioꝛum celantium ignominiam: non plagã curantiũ. Deleat fucũ.de conſe.diſt.v.fucare:fucati honoꝛis huius: ⁊ male coloꝛate nitoꝛem gloꝛie: vt inde ſe nudum conſideret: qꝛ nudus egreſſus eſt de vtero matris ſue. Job.j. Nunquid infulatus? Nunquid micans gẽmis,aut floꝛibus,ſericis,aut coꝛonatus pennis,aut ſuffarcinatus metallis? Si cuncta hec veluti nubes quaſdaȝ matutinas velociter tranſeuntes ⁊ cito ꝑtranſituras diſſipet ⁊ exſufflet a facie conſiderationis ſue:occurret ſibi homo nudus ⁊ pauper ⁊ miſerabilis. Apoca.iij.homo dolens.ṕs.lxviij. Ego ſum pauper ⁊ dolens. Quia homo ſit: erubeſcens ꝙ nudus ſit. Gen.iij.de pen.diſt.ij.§.romanos.ver.vt cognouerunt:alias eſt.c. Ploꝛans ꝙ natus ſit. murmurans ꝙ ſit homo natus ad laboꝛem. Job.v.non ad honoꝛem:ſalubꝛis copula vt cogitans ſe ſummũ pontificem attendat viliſſimum cinerem non fuiſſe ſed eſſe. Gen.viij. Unde ſi cogitat ſe quantus eſt:cogitet ⁊ qualis ⁊ quid eſt. Cogitet ergo papa qualis ſit ex ſe:⁊ qualis ex dono dei:non ſit in ſpiritu eiꝰ dolus.ṕs.xxxj.ſed reddat que ſua ſunt ſibi:mala.ſ.⁊ que ſunt dei deo. Mat.xxij.c.bona.ſ. Jaco.j. Mat. vj.⁊.xviij.⁊ Luc.xj. Attendat qualis ſit in donãdis iniurijs.lxiij.diſti. ſalonitane: qualis in vlciſcendis. xxiij.q.iiij.ſi is:vbi de hoc:q̃ȝ in vtroq; prouidus ⁊ diſcretus modi,loci,⁊ tempoꝛis,obſeruatoꝛ.l.diſt.vt conſtitueretur.extra de cle.excom.mi.latoꝛes. Qualis in tribulationibus. Si conſtans in ſuis.vij.qõ.j. ſuggeſtum. Jn alienis cõpatiens. vij.q.j.§. hoc tũc. Hoc recti coꝛdis: e regione peruerſiſſimi: ſi in pꝛopꝛijs impatiens: in alienis non ſit compatiens.

Hec idẽti dez ſũmo põtifici cõſiderãda.

Cauenda pꝛecipue in ſummo pontifice otioſitas. Otiũ enim mater nugarũ nouerca virtutũ. lxxxiij. diſt.nihil. Nuge in oꝛe ſacerdotis blaſphemie. Conſecrauit os ſuum euangelio: talibus iam os aperire illicitum:aſſueſcere ſacrilegium eſt. Fede ad cachinnos mouetur: fedius mouet. Poꝛro detrahere, an detrahentem audire,quid hoꝝ damnabilius ſit:nõ facile dixerim.vj.q.j.ex merito.⁊.c.deterioꝛes. Qꝛ autem pꝛecipue ſibi attendendum eſt ꝙ non ſit acceptoꝛ perſonarum (quod raro inuenitur) qꝛ non eſt perſonarum acceptio apud deuȝ cuius ipſe eſt vicariꝰ. Act.x.j. Pe.j. Jac.ij.vbi de hoc.vñ ibi. Si aũt perſonam accipitis:peccatum operamini redarguti a lege quaſi tranſgreſſoꝛes. Deut.j.c. vbi de hoc.j.q. vij.§.hinc petrus.xxxij.q.iiij.§.his ita.iij.q.ix.c.vlti. vbi de hoc.iiij.q.iiij.nullus.vbi de hoc.extra de iudi. venerabilis.⁊.c.nouit.§. ſi foꝛſan.j.q.j. ſi quis neq;. extra vt eccle.benefi.c.j.§.in omnibus. Unde ⁊ phariſei adulantes domino dicebant. Matthe.xxij. Et non eſt tibi cura de aliquo:non enim reſpicis perſonam hominum. Sap.vj. Puſillum ⁊ magnuȝ ipſe fecit: ⁊ equaliter ei cura eſt de omnibus. vbi dicit Hierony. Non rex apud illum nobilioꝛ: non pauper infirmioꝛ: non diues potentioꝛ: non dominus potioꝛ: non ſeruus deterioꝛ: ſed omnibus equalis: omnibus iudex: omnibus deus: omnibus dominus eſt. Contra hec ſunt que leguntur ⁊ not. xxiiij. queſt.j.qui contra pacem: vbi aliter puniuntur nobiles: quia minus q̃ȝ ſerui.de hoc de iureiuran,cum quidam. Sed ibi ſoluitur: quia in pena pecuniaria plus punitur nobilis ⁊ diues: in coꝛpoꝛali vero plus ignobilis ⁊ pauper. Sed ⁊ a vitio magis periculoſo pape ⁊ alijs rectoꝛibus ſuper omnia ſibi cauendum eſt ſcilicet ne ſit facilius ad credendum: cuius callidiſſime vulpecule magnoꝛum neminem cõperiri ſcitis.ſecundum Bernar.cauiſſe verſutias.

Ab adulatorũ peſte cauendũ.

Jnde eis ipſis pro nihilo ire multe. Jnde innocentum frequens accuſatio. Jnde pꝛeiudicia in abſentes. Jnde ſuſpitiones coꝛ excruciantes. Jnde indignationes. Jnde adulatoꝛuȝ perſtrepit turba in elatione. Jnde peruerſitas iudicioꝛum. Nihil ſic regimen vniuerſale deſtruit. Ad hoc.xxiij.queſt.iiij.quã magnum. vbi de hoc. vnde Gregoꝛius. De veſtra igitur ſanctitate abſit a chꝛiſtianoꝛum iudicio ea que maledicoꝛum hominum rumoꝛibus conficta credimus: in qualicunq; modulo ſuſpitionis adduci: quia ⁊ ſacri eloquij teſtimonium tenemus: vt mala maioꝛum, ſupple maxime, quum foꝛſitan dicuntur: niſi pꝛobata credi non debeant. Et infra. Hec igitur dixi vt nimie leuitatis eſſe oſtenderem: ſi quis mala grauia credere ſtudeat que pꝛobari non poſſunt. xj. queſt.iij. in cunctis. Jtem in.vj. ſynodo: non ſolum ille reus eſt qui falſum de aliquo pꝛofert: ſed etiam is qui aurem cito crimini-

bus pꝛebet.xj.q.iij.non ſolum.lxxxvj.diſtin.ſi quid.
xv.q.vij.c.ij.⁊ q.vlti.c.vlt.in fine.ibi.Quia non ſta-
tim qui accuſatur reus eſt: ſed qui conuincitur cri-
minoſus. Eccle.x. Ante q̃ ſcruteris non repꝛehen-
das: intellige pꝛius: ⁊ tunc increpa. ante q̃ audias
non repꝛehendas.xj.q.iij. eoꝛum. Et Auguſtinus.
Nam ſi nominatio ſufficit, ideſt diffamatio, ſm glo.
multi damnandi ſunt innocentes: quia ſepe falſo in
quoq̃ crimina nominantur.ij.q.j. multi.in fine.Et
dominus mala audita de Sodomis noluit iudica-
re pꝛius q̃ manifeſte cognoſceret que dicebantur.
Geneſ.xviij.de accuſa,in multis.c.ij.q.j.deus.Et ibi
dicitur per Euariſtum papam. Mala audita nullũ
moueant: nec paſſim dicta abſque certa pꝛobatione
quiſq̃ vnq̃ credat: ſed ante audita diligenter inq-
rat:nec pꝛecipitanter quis aliquid agat.Si eniꝫ deꝰ
omnium cognitoꝛ,Sodomoꝛum mala quoꝛum cla
moꝛ vſqꝫ ad celum peruenerat, omnia ſciens pꝛius
non credere nec iudicare voluit: q̃ ipſa ea cum fide
libus teſtibus diligenter inueſtigans que audierat
opere compꝛobaret: Nos qui ſumus homines ⁊
peccatoꝛes, quibus incognita ſunt iudicia dei, hec
pꝛecauentes nullum ante veram iuſtamqꝫ pꝛobatio
nem iudicare aut condemnare debemus manifeſte
apoſtolo Paulo dicente Roma.xiiij. Tu quis es q
iudicas alienuꝫ ſeruum? ſuo domino ſtat aut cadit.
Idem xxx.q.vlti.nullum faciunt. ea.cau.⁊ q.§. his
ita.⁊ c,iudicanteꝫ.c.incerta. extra de ſimo. licet heli.
de hoc not,xxij.q.iiij.innocens. gloſ.j. extra de cleri.
excom.mi.illud.in gloſ.ſ.quod non. Quia autem di
citur, Charitas omnia credit.j.ad Coꝛin.xiij. expo-
nitur, que ſuadet veritas ad fidem credendam: ſcili
cet que credit eccleſia. Quum quidam pater alte
ri malum de quodam fratre retuliſſet: dixit ille. Un
de hec ſcis? dixit referens: quidaꝫ bonus frater mi
hi retulit: reſpondit audiens:ſi bonus fuiſſet:nunq̃
hec tibi dixiſſet.Habet hoc pꝛopꝛium antiqui hoſtis
inuidia: vt quos impꝛoboꝛum actuum perpetra-
tione deo ſibi reſiſtente deijcere non valet opinio-
nes eoꝛum falſa ad tempus ſimulando dilaceret. ij.
queſt.v.habet hoc.

Sexta conſideratio pape qui habet regere totum mundum. Quod pape credita ſit oꝛbis diſpenſatio, non data poſſeſſio. Cap. 14.

SExta conſideratio pꝛincipa-
lis papalis eſt cogitare quid
habet regere: qꝛ totum mun-
dum. Naꝫ parentes eius apo
ſtoli deſtinati ſunt a domino
non ad aliquas regiones: ſed
ipſum debellaturi oꝛbeꝫ. Ite,
inq̃t, in vniuerſum mũdũ ⁊c.
Mar.vlt. Ex quo non peruenerunt victoꝛes incly
ti filij excuſſoꝛum.p̃s.cxxvj.quomodo ſagitte potẽ-
tum acute,ſ.lingue ignite.p̃s.cxix.de pen.diſt.j.peri-
culoſe: cum carbonibus deſolatoꝛijs.Et quidem in
omnem terram exiuit ſonus eoꝛum ⁊c.p̃s.xviii.xix.
diſt.ita dominus. extra de elec.fundamenta. libꝛ.vj.
Penetrabant verba illa incenſa igni.p̃s.lxxix. quẽ
dominus miſit in terraꝫ. Occurrebant ſtrenuiſſimi
bellatoꝛes ſed non ſuccumbebant. Triũphabant
etiam moꝛtui.p̃s.cxxxviij.nimis confoꝛtatꝰ eſt pꝛin
cipatus eoꝛuꝫ.Conſtituti ſunt pꝛincipes ſuper oẽm
terram.p̃s.xliiij.lxiij.diſt.quoꝛum vices. Papa eis
in hereditatem taleꝫ ſuccedit. Ipſe heres oꝛbis. He
reditas illius eſt, Diſpenſatio ſuper illum credita eſt
ſibi.ſm Bern.non data poſſeſſio. Uſurpat ⁊ hanc.
Contradicit ſibi qui dicit, meꝰ eſt oꝛbis terre ⁊ ple-
nitudo eius.p̃s.xxiij.Et alius pꝛopheta. Et erit om
nis terra poſſeſſio eius. Chꝛiſtꝰ hic eſt qui poſſeſſio-
nem ſibi vendicat, ⁊ iure creationis, ⁊ merito redẽ-
ptionis, ⁊ dono patris. p̃s.ij. dabo tibi gentes here
ditatem tuam: ⁊ poſſeſſioneꝫ tuam terminos terre.
poſſeſſionem ⁊ dominium. Cedat huic papa. Ipſe
curam illius habeat. Pꝛeſit papa vt pꝛouideat, vt
conſulat, vt ſeruiat:pꝛeſit vt pꝛoſit.viii.q.i.qui epiſco
patum. Pꝛeſit vt fidelis ſeruus ⁊ pꝛudens quem
ſingulariter conſtituit dominus. Mat.xxi. Lu.xii.
Mar.xxiiii.ſuper familiam ſuam.Ad quid? Ut det
illis eſcam in tempoꝛe.hoc eſt vt diſpenſet. xliii.diſt.
epheſiis.non imperet.Hoc faciat: ⁊ dominari ne af-
fectet hominum homo:vt non dominetur ſibi om-
nis iniuſtitia.p̃s.cxviii. Bernar.ad Euge. papã.
Nullum tibi venenum, nullum gladium, plus foꝛ-
mido: q̃ libidinem dominandi. Certe vt multuꝫ ti-
bi tribuas: ſi multum deceptus non es:nil te exiſti-
mas plus accepiſſe a magnis apoſtolis. Paulꝰ. Sa
pientibus ⁊ inſipientibus debitoꝛ es. Ro.i. Hoc no
men potius congruit ſeruienti q̃ dominanti. Ergo
ſi papa debitoꝛ eſt:curandum ſummopere ⁊ vigilan
tia conſiderandum ſibi eſt, quomodo ⁊ qui non ſa-
piunt ſapiant:docendo eos.xliii. diſt. per totum. vt
qui ſapiunt non deſipiant. extra de renun.niſi.§. ve
rũ.ibi.deſipis ſi ſic ſapis. ⁊ qui deſipuere reſipiſcãt.
Nullũ genus inſipiẽtie infidelitate (vt ſic loquar)
inſipiẽtius. Eſt ergo infidelibus debitoꝛ.eſt Judeis
⁊ grecis ⁊ gentibus. Intereſt pꝛoinde ſua, dare
operam quam poſſit: vt increduli conuertantur ad
fidem.extra de conuer.infi.per totum. conuerſi non
auertantur.auerſi reuertantur. Ambitioſi ſpeciali
ter a dei eccleſia.j.q.iii. ex multis:c. vendentes. eii-
ciantur. O ambitio ambientium crux: quomodo
omnes toꝛquens, oĩbus places? Nil acerbius cru-
ciat:nil moleſtius inquietat:nil tamẽ apud miſeros
moꝛtales celebꝛiꝰ negotiis eiꝰ.An nõ limina aplõꝝ
plꝰ iã ambitio q̃ deuotio terit? An nõ vocibus eius
papale tota die reboat palatium? An non queſtibus
eiꝰ tota legũ canonũqꝫ diſciplina ĩſudat? An nõ ſpo
liis eius oĩs Italica inhiat in explebili auiditate ra
pacitas? vide quod ſcripſi de ambitione.s̃. in iſta.ii.
parte.in.ix.c.in ver.ambitioſa es.⁊ ver. O ambitio.
Inter alia etiam conſideranda Romano ponti-
fici eſt appellationes fruſtratoꝛias refutare.extra de
appel.cum friuolis.li.vi. qꝛ appellationis remediuꝫ
non eſt ad defenſionem iniquitatis:ſed ad pꝛeſidiuꝫ
innocentie inſtituitur.extra de ap.cuꝫ ſpeciali.§. poꝛ
ro.⁊.c.ad noſtrã. Appellatur ad papam de toto mũ
do: ⁊ id quidem in teſtimoniũ ſingularis ſui pꝛima
tus.ii.q.vi.q̃ſquis.cũ.iiii.c.ſeq.⁊.c.ideo.⁊.decreto.c.
q ſe ſcit.ſed ipſe nõ pꝛimatu gaudeat: ſed fructu. Uñ
Luc.x. In hoc gaudere nolite:qꝛ ſpiritꝰ vobis ſubii-
ciuntur. Non eſt autem appellatio ſubfugiuꝫ:ſed re
fugium. Quod pꝛouiſum eſt ad remedium: non tẽ-
dat ad noxaꝫ.i.q.vii.quod pꝛo remedio.lxiii.di.c.ve
rũ.extra de reſcrip.ſtatutũ.in pꝛin.li. vi. Quid de
auaritia in.ſummo põtifice p̃cipue deteſtanda dicã?
Si quidẽ auarus eſt:totus mũdus cui pꝛeeſt, obolꝰ
ſibi eſt.in pꝛologo biblie.viii.c.xiiii.q.iiii. q̃d dicam.
Qꝛ beatꝰ ⁊ ſanctꝰ eſt aut eẽ debet.xl.di.c.i.excutiat
manꝰ ſuas ab oĩ munere. Eſa.xxxiii.i.q.i. ſunt non-

nulli:extra de ſimo.⁊ ſi queſtiones. Parui deiectiqꝫ animi eſt de ſubditis non profectuꝫ querere ſubditoꝝ,ſed queſtum proprium. In ſummo preſertim omnium nihil turpius. Theſaurizare habet pater filijs:non econtrario.ij.ad Coꝝ.xiij.vbi etiam dicit. Non enim quero que veſtra ſunt: ſed vos:extra de cenſi.cum apoſtolus. Vñ idem Paulus ait Phil.iiij. Non quero datum ſed fructum. Narrat Bern.lib.iij.de conſidera.in laudem Eugenij pape ſaccos Germanicos tumentes precio Romam aduenisſe. Argentum reputatum eſt fenum. Summarij non leuati ſarcinis onuſti nihilominus repatriant vel inuiti. Noua ⁊ mira res. Quando hactenus aurum Roma refudit? ⁊ nunc Romanoꝝ conſilio id vſurpatum non credimus. Item duo venerunt ad curiam,ambo locupletes, ⁊ ambo rei:ſiquidem vnus Maguntinus. Colonienſis alter. Alteri gratis.j.q.j.gratia reddita eſt,alter indignus credo cui gratia redderetur:audiuit:Cum quali veſte intraſti,cuꝫ tali egredieris, O vocem magnificam,vocem prorſus apoſtolice libertatis. Quid minus ab illa hec habuit,pecunia tua tecum ſit in perditioneꝫ? Act.viij.⁊.j.q.j.qui ſtudet:niſi ꝙ in illa plus zeli: in iſta plus modeſtie ſonuit:contra auaritiaꝫ ⁊ ſimoniam.ſ̃.eo.cap.x.§.poſtquam.

An papa ſimoniaꝫ poſſit cõmittere.

Hic aũt querendum eſt an papa poſſit committere ſimoniaꝫ. Et tenet Tho.ꝙ ſic: ſcilicet ꝙ papa poteſt committere vitium ſimonie ſicut quilibet alius homo. Peccatum enim tanto in aliqua perſona eſt grauius: quanto maiorem obtinet locum. Ad hoc.xl.di.homo Chriſtianus.⁊.ca.ſi papa,⁊ dixi.ſ̃.in.x.c. Quamuis eniꝫ res eccleſie ſint eius,vt principalis diſpenſatoris: non tñ ſunt eius vt dñi ⁊ poſſeſſoris:ad quod facit quod no. Inno.⁊ Oſti.extra de conſti.que in eccleſiarum:⁊ de immu.eccle.quia pleriqꝫ:⁊ dixi.ſ̃.in art.proxi.in.v.conſideratione pape.ver.eſt ergo. Et ideo ſi reciperet pro aliqua re ſpirittuali pecuniaꝫ de redditibus alicuius eccleſie:non careret vitio ſimonie. Et ſimiliter poſſet ſimoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis eccleſie ſm Tho.qui hoc ſcribit in.ij.q.ij.c.ar.j. in ſolutione vltimi. c.⁊ in.iiij.ſen.di.xxv.ibi. Ad tertium ſic proceditur. ver.ad ſecundũ:vbi dicit ꝙ ſi papa pro aliquo ſpirituali munus acciperet,ſimoniam committeret ſicut ⁊ alius homo,quia ab ipſo Petro cui papa ſuccedit,ſimonie vitium recepit damnationem in nouo teſtamento.j.q.j. Petrus.c.qui ſtudet. Act.viij. Et quamuis res eccleſie ſint aliquo modo pape:non tñ ſunt eius modis omnibus habende:ſicut illud quod ad manum habet. Non autem eſt dubium ꝙ ſimonia cõmitteretur :ſi quis aliquod ſpirituale debitori ſuo daret:vt quod ſuum eſt recuperaret, ⁊ ita etiam in propoſito papa a ſimonia non excuſaretur:ſi (quod abſit) ſpirittualia pro rebus temporalibꝰ daret: ſm Tho.⁊ hoc videtur tenere Archid.vt no.xij.diſt.c.j.

Sed videtur contra no.j.q.vj.c.vlti. vbi dicitur ꝙ lex iulia de ambitu non habet locum in Romana ciuitate:per.l.ff.ad.l.iul.d̃ amb.l.j. Idẽ no.lxxxij.di.preſbyter:in gloſ.⁊ ita. Item papa legibus loquẽtibus de ſimonia ⁊ canonibus ſolutus eſt.ff.de legi.princeps:extra de elec.innotuit:extra de conceſ. preben.propoſuit:⁊ no.extra de conſti.ca.j. Credo ꝙ ſi papa in ijs que ſunt prohibita,quia ſimoniaca:vt vendere ſacramenta:quoꝝ venditio in veteri teſtamento etiam prohibetur.j.q.j. qui ſtudet.⁊.c.ſicut eunuchus:pactum vel conditionem vel conuentionem apponeret,committeret ſimoniam. Secus in ijs que ſunt ſimoniaca,quia ab eccleſia prohibita: vt vendere beneficia,ſepulturas,⁊ ſimilia: que habentur extra de ſimo.non ſatis.c.cum in eccleſie: qr tunc etſi peccet malum exemplum dando. xj.q.iij.precipue.xl.diſt.ſi papa,⁊ mali ſpeciem contineat:a qua eum conuenit ⁊ oportet abſtinere:iuxta apoſtolũ.j.ad Theſſa.vlti.⁊ extra de vi.⁊ hone.cle.cum ab omni:extra de ſimonia.audiuimus.j.q.j.emendari. Si tñ ex certa ſcientia hoc faciat:nolens ſubijci iuri poſitiuo quo ſolutus eſt,non committeret ſimoniaꝫ licet vt dixi illa pactio ⁊ conuentio etiam in ijs de ſe graue peccatũ ſit. Sic ſentio. Ar.eoꝝ que no.ꝙ quedam ſunt prohibita:quia ſimoniaca:quedam ſimoniaca:quia prohibita extra de offi.delega.ex parte.j.in gloſ.i.ſine:⁊ de pac.cum pridem:in gloſ. quia ius ⁊ de iureiur.⁊ ſi Chriſtus quedam.⁊.j.q.iij.ſaluator in gloſ.ſicut.

Non minus inter alia attendat ſummus pontifex conſeruare ſuos inferiores prelatos in honore ⁊ iuriſdictione eoꝝ:⁊ non omnia trahere ad ſe. Unde Grego. Nam ſi ſua vnicuiqꝫ epiſcopo iuriſdictio non ſeruetur:quid aliud agitur: niſi vt ꝑ nos per quos eccleſiaſticus cuſtodiri ordo ille debuit:confundatur? xj.q.j.peruenit.

Non ſubtrahat ergo per ſuas exemptiones que nutriunt ſuperbias ⁊ incorrectiones:abbates epiſcopis:epiſcopos archiepiſcopis ſiue primatibus quibus ſubſunt.ix.q.iij.in primis. ix.ca.vſqꝫ ad §.ſola. Unde ⁊ dictus Grego. Nec honorem meum eſſe deputo:in quo fratres meos honorem ſuuꝫ perdere cognoſco. Meus namqꝫ honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor. tunc ego honoratus ſum quum ſingulis quibuſqꝫ honor debitus non negatur.xcix.di.ecce. Non ergo ſatiſfaciat appetitui ſuo in iſtis exemptionibus faciendis nec in alijs. Non faciat voluntatem ſuam: ſed illius cuius eſt vicarius:qui ait Jo.vj. Non veni facere voluntateꝫ meam ⁊c. de con. diſt.v.c.vlti. Nam non minus quam elati animi eſt veluti rationis expertem non pro ratione:ſed pro libito agere: nec iudicio agi,ſed appetitu.xj.q.iij.illa. Quid enim tam indignum ſibi ⁊ contrarium rationi: quam vt totum tenens,non ſit contentus toto:niſi minutias quaſdam atqꝫ exiguas portiones ipſius ſibi credite vniuerſitatis tanquam non ſint ſue:ſatagat : neſcio quomodo adhuc facere ſuas? non recordans parabole Nathan de homine qui centum oues habẽs vnam que erat pauperis concupiuit.ij. Regũ.xij.de pe.di.j.§.ex his itaqꝫ.ver. Dauid. Achab quoqꝫ qui rerum ſummam tenebat : vnam vineam Naboth affectauit.iij. Re.xxj.de pe.di.j.§.ex his.ver. Achab quoqꝫ:⁊ di.iij.§.ecce. ꝟ.vidiſti:⁊ ver.ſi Achab.xxiij.q.viij.conuenior.verſi.nabute. vbi de hoc. Auertat deus a papa quod ibi ſequitur quod ille audiuit. Occidiſti ⁊ poſſediſti. Si enim extollitur qui eximitur ⁊ alteri ſubtrahitur:⁊ cui ſubtrahitur vritur:qui ſubtrahit,quõ innocens:ſi is qui murmurat ſm animam mortuus eſt? xc. di. neqꝫ. Qui inſtigat quõ viuit? Quõ non reus mortis amboꝝ ⁊ ſue pariter: qui gladium dedit? c.lxxxiij.di.§.j.extra de Judeis: ita quorundam.j. reſpon. vbi de hoc.

Non ergo perturbet papa terminos quos poſuerunt patres ⁊ preceſſores ſui.de ſepul.c.j.vj.q.iij.ſcitote. xiij.q.j.c.j. Non mutet ordinationes ⁊ canones antiquorum. xxv.q.j.quaſi per totum. Si iuſtitia eſt vnicuiqꝫ ſeruare ius ſuum.ff.de iuſti.⁊ iur.l.i.di.j.humanum,extra in prohe.decre.Greg.rex pacificus:inſti. de iuſti.

⁊ iur. in prin. auferre cuiq; ſua iuſto q̃uo poterit con
uenire? extra de ver. ſigni. forus. Errat papa ſi vt
ſummam ita ⁊ ſolam inſtitutam a deo ſuam apoſto
licam authoritatem exiſtimat. Si hoc ſentit: diſſen
tit ab eo qui ait Roma. xiij. Non eſt poteſtas niſi a
deo. Et poteſtas data eſt pape in edificationem: non
in deſtructionem. ij. ad Cor. x. ⁊ vlti. ⁊ xxiij. q. j. quid
culpatur. xxij. q. ij. monet. Deinde ſequitur in apo
ſtolo. qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit: etſi
principaliter pro papa facit: non tñ ſingulariter. de
niq; ibi ait Apoſtolus ad Roma. xiij. Omnis ani
ma poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: extra de
cenſi: omnis: vbi de hoc. Non ait ſublimiori, tanq̃
in vno: ſed ſublimioribus, tanq̃ in multis. Non er
go ſua poteſtas ſola a dño eſt: ſunt ⁊ mediocres: ſunt
⁊ inferiores: quãquam aliter poteſtas papalis ſit a
deo: quia immediate: alie papa mediante: vt dixi la
tius in. j. parte iſtius operis quaſi poſt prin. in. c. xiij.
⁊ xviij. Nam alios Chriſtus dedit in eccleſia docto
res: alios apoſtolos: alios prophetas: alios euange
liſtas ⁊c. j. ad Cor. xij. ad Ephe. iiij. extra de here.
cum ex iniuncto. §. ſunt enim. Nam ⁊ ſicut ſunt ordi
nes angeloꝝ ⁊ alijs alij ſuperiores ſub vno capite
deo: ita in hac eccleſia militanti ſub vno ſummo põ
tifice primates vel patriarche: archiepiſcopi, epiſco
pi: abbates, ⁊ alij preſbyteri: ⁊ reliqui in hunc mo
dum. Ad hoc. xxj. di. cleros. lxxxix. diſt. ad hoc. xciij.
diſt. a ſubdiacono. Quia ſi dicat epiſcopus, nolo
eſſe ſub archiepiſcopo: aut abbas, nolo obedire epi
ſcopo: nunc quid hoc de celo eſt? immo de ſuperbia:
que inde proiecta eſt in lucifero obedire nolente ⁊
ſuperiorem recognoſcere: de pe. di. ij. principium. Eſa.
xiiij. Quis vnq̃ angeloꝝ dixit nolo ſub archange
lis eſſe? Si aũt dicit papa. Prohibes me diſpenſa
re. Dicam cum Bernar. non: ſed diſſipare. Non ſum
tam rudis vt ignorem poſitum dñm papam diſpen
ſatorem. xliij. di. Epheſijs: ſed in edificationem, non
in deſtructionem. ij. Cor. x. ⁊ xiij. Deniq; queritur
inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. j. ad
Cor. iiij. quaſi dicat rarus inuenitur. Unde ſcriptũ
eſt. Prouerb. xx. Uirum fidelem quis inueniet? Ubi
neceſſitas vrget: excuſabilis diſpenſatio eſt: vbi vti
litas prouocat: diſpenſatio laudabilis eſt. l. di. vt con
ſtitueretur. j. q. vij. §. niſi rigor cum. c. ſeq. vſq; ad §.
ceterum: extra de tempo. ordi. c. ij. extra de elec. inno
tuit. §. multa: Utilitas dico communis: non propria.
vij. q. j. ſcias: vbi de hoc: extra de poſtu. prela. bone. j.
vbi de hoc. Nam quum nihil horum eſt: non plene
fidelis diſpenſatio eſt: ſed crudelis diſſipatio: ſecun
dum Bernar. Adde hic quod ſcripſi. ſ. eo. in. c. xj. §.
vnde notandum: in tex. in noua oratione Hieremie.

Circa hoc non deſit conſideratio Romano pon
tifici circa habitum honeſtum clericoꝝ tonſuram ⁊
raſuram ⁊ coronam ⁊ modum viuendi etiam exte
rius: quia in exemplum dati ſunt: vt ex eis exeat bo
nus odor: extra de ſacra vnc. c. vnico. Nam ⁊ eorum
veſtes ⁊ habitus myſtici quemadmodum ſunt ⁊ ſa
cramentales. xliij. di. ſit rector. viij. q. j. licet. Nec di
cant clerici. Non eſt cura deo de veſtibus: ſed de mo
ribus: nam deformitas veſtium: deformitatis men
tium ⁊ morum indicium eſt: ⁊ habitus diſcolor ⁊ la
ſciuus ⁊ incompoſitus ſacrum ſtatum ⁊ ordinem
decolorat: ad hec. xxj. q. iiij. per totum. j. q. vij. ⁊ ſi illa:
ibi. Illa tñ magnopere precauenda ſunt que recipi
ſine manifeſta decoloratione non poſſunt ⁊c. xlj. di.
§. j. ⁊. c. per ſimoniam ⁊c. Clericus profeſſionem ſuã
etiam habitu ⁊ inceſſu probet: ⁊ ideo nec veſtibus:
nec calciamentis decorem querat. ⁊ §. ſeq. xxx. diſt. ſi
quis viroꝝ. xxiij. di. ſanctimonialis: extra de vi. ⁊ ho.
cle. vt clericoꝝ. ⁊. c. clerici. ⁊. c. cum decorem. Contra
tranſgredientes in huiuſmodi prouidit Clemens:
extra in cle. de vita ⁊ ho. cle. qm̃: que male ſeruantur
⁊ maxime in curia: vbi magna pars domicelloꝝ car
dinalium ⁊ alioꝝ prelatoꝝ clericoꝝ ⁊ beneficiatoꝝ
ſine tonſura: ⁊ cum virgatis: ⁊ partitis veſtibus: ſi
cut alij domicelli laici incedit. Et quum de hoc in
curia vbi eram penitentiarius dñi pape ſecreto quen
dam epiſcopum monuiſſem: ⁊ inquiriſſem ꝙ illi de
familia ſua qui erant clerici ⁊ beneficiati non ſic
irent: ſuperbus correctionem meam euangelicam.
Mat. xviij. ij. q. j. ſi peccauerit: pati non potuit: ſed in
dignationem eius incurri. Sciens autem dñs papa
Joannes per alios, dixit ꝙ bene corrigeret hoc: qd
ſciens ille epiſcopus ⁊ timens induit illos domicil
los veſtibus clericalibus: magis timens papam q̃
deum. Ad euidentiam aũt horum ſciendum eſt ꝙ
de tonſura clericoꝝ iura varijs verbis vtunt. Que
dam enim dicunt tonſuram raſuram in parte ſupe
riori ad modum ſphere. xxiij. diſt. §. clerici. ⁊. cap. ſeq. *Tonſura clericalis.*
Dicitur aũt ſphera rotunditas, vel corpus ſeu ſpa
tium rotundum. Unde Hugui: in deriuationibus in
litera. S. in. cap. ſpatium: ait Sphera eſt rotunditas.
Unde ſphera eſt manente diametro continua circa
ipſam ſemicirculi circunductio: ⁊ dicit ſphera quaſi
ſpatium rotundum. Quedam dicunt coronam ton
ſuram. xij. q. j. duo ſunt. Dicitur aũt corona ſm Hu
gui: in deriuationib' in litera. C. chorus: quia rotun
da admodum chori ſoleat fieri. Et eſt inſigne victo
rie, vel regij honoris ſignum: que igitur in capite re
gum ponitur: ad ſignandum circunfuſos in orbem
populos: quibus accinctum quaſi caput ſuum coro
natur. Quedam tonſuram ⁊ coronam: extra de vi
ta ⁊ ho. cleri. clerici. ij. ⁊ extra de cle. cõiu. c. fi. ⁊ extra
de cele. miſ. graui. in cle. Quedam ſimpliciter tonſu
ram: extra de cleri. coniuga. ex parte ⁊. c. Joannes. ⁊
⁊. c. clerici qui lib. vj. ⁊ extra de priuile. ex parte ⁊ extra
de biga. altercationis. lib. vj. extra de ſen. ex com. ca.
iudex. lib. vj. extra de tranſac. ex literis: extra de eta.
⁊ quali. cum contingat. Quid ergo hec verba inten
dant videamus. Circa hoc ſciendum ꝙ clericis
deputatis ad diuina miniſteria competit raſura ⁊ *Corona quãobrem clericum deceat.*
tonſura in modum corone: ratione figure: quia coro
na eſt ſignum regis ⁊ perfectionis, quum ſit circula
ris figura carens angulo: in ſignum carentie ſordiũ.
quia ſm Bernar. vbi angulus: ibi ſordes. Se igitur
⁊ alios virtutibus regere ⁊ ſordibus mundare de
bent: ⁊ ſic in deo regnabunt: vt in prealleg. cap. duo.
Per raſuram autem ex parte ſuperiori capilli ſub
trahuntur: ne mens ipſoꝝ per occupationes tempo
rales retardet a contemplatione diuinoꝝ myſterio
rum. Summitas enim capitis eſt eminentia men
tis. facit extra de ſacra vnc. c. vnico. verſi. in vertice.
Per ipſius ergo denudationem mentis releuatio
(alias reuelatio) deſignatur. Et quia conuerſi reli
gioſi miniſterijs diuinis non occupantur: ſuperius
non raduntur. licet inferius tondeantur: ad hec. xx.
q. ij. c. j. in prin. ⁊. q. iij. c. ij. ⁊. c. vlti. ibi. Comam depo
ſuerunt. lxix. di. qm̃: extra de eta. ⁊ quali. cum contin
gat: quia temporalia deponunt. Et proprie vocant
conuerſi, profeſſi. xxvij. q. j. vt lex. Tonſura vero ex
parte inferiori capillos tondet vſq; ad releuationem
(alias reuelationem) ſenſuum: ſcilicet viſus ⁊ audi-

tus:

tus:ne.ſ.oculos vel aures impediat:⁊ eſt ſignum ꝙ
precidenda ſunt vitia cordis ⁊ corporis:ne intuitũ
diuinoꝝ impediant. Et ex his debet corona celeſtis.
Unde dicit canon ꝙ incedere debent clerici deton-
ſo capite ⁊ patentibus auribus.xxiij. diſt.c.penulti.
Ex predictis videtur ꝙ proprie raſura reſpicit par-
tem ſuperiorem:quam itali dicunt clericum coronã
circuluꝫ capillorum,tonſura abſciſſionem ipſorum:
facit de ſen.excom.contingit.ij.ibi.circunciſis crini-
bus:⁊ vtrunqꝫ habet portare clericus : vt iuribus
preall. Quia ſi clericus vnum tantum deferat : vel
clericam,vel tonſuram ⁊ non coronam:ſcilicet infe-
rius circum capillorum cum veſtibus virgatis vel
veſte partita publice:penam illius decre.qm̃:incur-
rit.ſ̃.alleg.⁊ hoc de mente ſm Jo.an.vt ibi no. De-
bet autem differentia eſſe inter tonſuram ⁊ coronaꝫ
regularem ⁊ clericalem:quia maior debet eſſe regu-
laris:quia plus mundo renuntiat, ⁊ magis debet
eſſe attentus contemplationi diuinoꝝ religioſus q̃ꝫ
clericus. Unde magnitudo corone ſignum eſt con-
uerſionis. Ut legitur ⁊ no.xxiij.di. c.quãquam om-
nes.§.⁊ ideo. Dicit concilium Agathenſe de clericis
ꝙ tonſuram ⁊ coronam habeant congruentem. di.
preal.c.clerici.quaſi differant a religioſis:vt no. O-
ſtien.eo.c.ſcilicet:de vi.⁊ ho.cle.in ſum.§.⁊ in quibꝰ.

Sed quid ſi religioſus portat habitum ſuuꝫ:quẽ
tñ cooperit habitu clericoꝝ vel ſecularium? Apoſta-
ta eſt:et ſic fuit determinatum Bononie, ⁊ eſt que-
ſtio Mercur.ſub titu.de apoſtatis. Et ad hoc facit
op.preal.c.clemẽ.qm̃.ibi. Ac religioſi quilibet quos
oportet per decentiam habitus extrinſeci morum
intrinſecam honeſtatem oſtendere: ⁊ extra de Ju-
deis,in nonnullis:facit extra de vi.⁊ hone.cle.deus.
Et ſic etiam tenet Joan.an.in prealleg.c.quoniam
in gloſ. hec litera. Et hic notandum ꝙ habitus
monachalis eſt Cuculla. xix.q.iij. mandamus. xx.
q.iij. preſens: ⁊ eadem cauſa in themate ipſius:
⁊ extra de eta.⁊ quali.intelleximus, vel Flocus:ex-
tra de ſta.regu.ne in agro:in clemen. Et ibi vtrunqꝫ
ponit̃ pro habitu cuculla vel flocꝰ:⁊ forma vtriuſqꝫ
ibi ponitur:⁊ nõ debet eſſe diuerſi coloris ſeu diuer-
ſe partis,neqꝫ notabilis, ſed religioſa:non ſuſpecta:
vt habetur.xx.q.j.c.vlti. De colore aũt monachi nõ
cauſentur vt in eoꝝ regula continetur. Conformet
aũt ſe quilibet in habitu ⁊ colore illis inter quos vi
uit:vt Ciſtercienſes albo colore:Cluniacenſes nigro
vtantur.xxxiij. q.v.quod deo: facit quod legitur ⁊
no.extra de vi.⁊ ho.cle.deus qui extra de ſta.mo.re-
colentes. Eſt aũt habitus ita annexus religioſis:ꝙ
in quocunqꝫ loco conſiſtentes,ſiue in lecto quieſcen
tes conſtanter eo vti debent: vt habetur. xx.q.j.vi-
dua:e xtra de vi.⁊ hone.cle.clerici.in fi.xxiij.diſt.ſan
ctimonialis:vbi dicit ꝙ eo habitu ſemper vti debẽt
Quia ſi in ſcholis vel alibi ſine cauſa dimiſerint re-
ligioſi habitum ſuum:excommunicati ſunt ipſo iu-
re:extra ne cle.vel mo.vt periculoſa.li.vj. Et licet po
ſtea ad male dimiſſum habitum reuertantur: etiam
ſi poſtea ſunt vel efficiantur bone fame:non tñ pote
runt eligi in prelatos quaſi infames ⁊ irregulares:
quia omnes infames irregulares ſunt: niſi cum eis
diſpenſetur,ſcripſi.ſ̃.in.j.parte.in.c.xlviij.in fi. Et in
hoc crederem poſſe epiſcopum diſpenſare: ſcripſi.ſ̃.
in.j.parte.l.arti.verſi.xxvj.c.j.q.vij. ſi quis omnem
xvj.q.j.legi.iuxta prin.xxxij.q.v.ille aũt:⁊ huius ſen
tentie fuit Lau.in preall.c.legi.ad idem extra de vo
⁊ vo.redẽ.per tuas,vbi patet ꝙ ille vouens de quo.
ibi loquitur:fuit ineligibilis ante q̃ꝫ regularem ha-
bitũ ſuſcepiſſet:quum hoc voluiſſet:ergo multo for-
tius ille qui habitum ſuſcepit regulareꝫ: ⁊ poſtea a-
poſtatando illum dimittit:eſt ineligibilis: quuꝫ ma
gis apoſtatet non deferendo habitum:quaꝫ ille qui
nunquam ſuſcepit, ⁊ iſtius ſententie fuerunt ibi Ja
co.de albe.⁊ Pet.de ſamp.qui dixerunt ꝙ non ſolũ
talis erat ineligibilis: immo inſtitutus deijceretur:
quia alias non poſſet ſaluare ſuam conſcientiaꝫ:niſi
reſignaret.vt ibi dicitur:ſic no. Archidia.in preall.c.
vt periculoſa.lib.vj. Jtem ſicut ſupra tetigi ton-
ſura monachalis maior eſt quam clericalis. Sed
nunquid alia eſt quantum ad aliquid? Dico ꝙ ſic.
quia tonſuram clericalem non poteſt ferre bigamus
in mundo remanendo:ſed monachalem ſic: vt no.
Archidia.extra de biga:altercationis.lib.vj.in gloſ.
vlti. Nam ⁊ bigamus poteſt eſſe monachus:vt no.
xxxij.diſtin.ſeriatim. Nec generali vocabulo cleri-
corum:vbi de clericis fit mentio:comprehenduntur
monachi.iij.q.v.cap.iij.verſi. ſi quis.xviij.q.ij. qui-
dam.verſi.eos vero,⁊ in fi.xvj.q.j.legi. quod poteſt
induci pro ⁊ contra.⁊. §. ſuperiori.⁊. l. generaliter.
xciij.diſtin.a ſubdiacono. Hodie autem parum cu
rare videntur domini clerici ꝙ appareant clerici:
quia quuꝫ in eis deficiat ſignatum:ideſt illud quod
ſignificat in eis clericatus ordo.xxj.diſtin.cleros:in
prin.⁊.xij.q.j.clericus:deficit ⁊ ſignum exterius.ca.
bonum extra de ſen.excom.contingit.ij.ibi. Clerica-
lis fori priuilegium labijs allegantes:qui factis pau
lo ante negauerant clericatum : immo erubeſcunt:
clerici apparere: ⁊ inter alios legere ⁊ cantare: quia
conditio eorum eis diſplicet:vt legitur ⁊ no. xxiiij.
q.v.ſi apud. Non erubeſcunt tamen fructus bene-
ficiorum recipere : immo potius rapere : quia non
fiunt clerici vt deo ſeruiant:ſed vt fructus recipiant:
qui ſeruientibus dari debent. cap.bo. extra de elec.
commiſſa.§.ceterum.lib.vj.lxxxj.diſtin. ſi quis ſa-
cerdotum:cum cap.ſeq. Unde no. Joan.mo. in pre-
alle.cap.commiſſa.in vlti.gloſ. Nota penam contra
conferentes beneficia illis qui non putantur profi-
cere in eis:vnde Bernar.de conſideratione ad Eu-
ge.iij.lib.in fi. Quid ſibi vult quod clerici aliud eſſe
⁊ aliud videri volunt? Jd quidem minus caſtum
minuſqꝫ ſincerum. Nempe habitu milites : queſtu
clericos:actu neutrũ exhibent. Naꝫ neqꝫ pugnãt vt
milites:neqꝫ vt clerici euangelizant. Cuius ordinis
ſunt? Quuꝫ vtriuſqꝫ eſſe cupiunt:vtrunqꝫ deſerunt.
vtrunqꝫ confundunt. Unuſquiſqꝫ,inquit Paulus:
in ordine ſuo reſurget.j.ad Coꝝ.xv. Jſti in quo? An
qui ſine ordine peccauerunt: ſine ordine peribunt?
aut ſi ſumme ſapiens deus veraciter creditur a ſum
mo vſqꝫ deorſum nihil in ordinatum relinquere:ve
reor non alibi ordinandos,quam vbi nullus ordo.
ſed ſempiternus horror inhabitat. O miſe-
randam ſponſam eccleſiam talibus cre-
ditam paranymphis: qui aſſignata
cultui eiꝰ proprio retinere que-
ſtui non verentur. Non
amici profecto
ſponſi.
Joannes.iij. ſed emuli
ſunt : hucuſque
Bernardus.

Clericalis tõſura differt a monachali.

Habitus monachalis.

Circa Cardinales ⁊ ſuam familiam ſpecialem. Et officiales regendo. Quod caueat papa de conſanguineis promouendis ⁊ ditandis. Cap. 15.

Septima conſideratio principalis papalis eſt circa Cardinales ⁊ ſuã aliam familiam ſpecialem regendã ⁊ prouidendam que circa ipſum ⁊ prope ipſum eſt: circa capellanos: cubicularios, penitentiarios: ⁊ miniſtros alios diuerſis officijs deputatos: circa obſequium eius ⁊ eccleſie. Inter eſt enim glorie ⁊ ſanctitatis papalis, vt quos pre oculis habet: ita ſint informati, ita ordinati, quatenus totius honeſtatis ⁊ ordinis ipſi ſint ſpeculum: ipſi forma. Inueniantur pre ceteris oportet expediti ad officia, idonei ad ſacramenta: ad plebes erudiendas ſoliciti. circũſpecti ad ſemetipſos cuſtodiendos in caſtitate ⁊ honeſtate. Habeat ergo ſpecialem curam papa de ſua familia ſpeciali. Qui enim ſm Paulum. j. ad Timot. v. ſuorum ⁊ maxime domeſticoꝝ curam non habet: fidem negauit: ⁊ eſt infideli deterior. Quia ſm Gratianum: qui in re minima de qua ſibi familiarior debet cura ineſſe, fidelis non eſt: quomodo in eccleſia dei vbi tot ſunt ⁊ alieni ſolicitam diligentiaz adhibebit. xlvij. di. vbi ponuntur predicta verba Apoſtoli. §. neceſſe: in fi. Laboret papa generaliter: laboret ſpecialiter. Paulus dicit plus omnibus laboraui. primuz ad Corynthio. xv. Non ait: plus omnibus profui: plus omnibus fructificaui. Reddet autem deus mercedem laboꝝ ſanctoꝝ ſuoꝝ. Sap. x. extra de renun. niſi cum pridez. §: porro in fi. Fuerunt antiqui Romani pontifices qui ſe totos ouibus paſcendis exponerent: paſtoris opere ⁊ nomine gloriantes: nil ſibi reputantes indignum: niſi qđ ſaluti ouium obuiare putarent, non querentes que ſua ſunt. lxiij. di. noſſe. Sed impẽdentes ſeipſos pro ſubditis: vnde et ait apoſtolus. ij. ad Coꝝ. xij. Superimpendar pro animabus veſtris. Unus erat de ſubditis queſtus, vna põpa: vnaq; voluptas ſi quomodo eos poſſent parare dño plebem perfectã. Luce. j. ad omnimodis ſatagebant: etiam multa contritione cordis ⁊ corporis. Ubi nunc queſo conſuetudo hec? Subijt diſſimilis valde. Longe in aliud mutata ſunt ſtudia. Cura tñ ⁊ anxietas, ⁊ emulatio, ⁊ ſolicitudo fateor perſeuerant. Tranſlata hec: nõ immutata (alias imminuta.) Diuerſa aũt locatio diſſimilitudinem facit. Magna abuſio. Panci ad os legiſlatoris: ad manus omnes reſpiciunt. Pauperũ vita in plateis diuitum ſeminatur. Summus paſtor deauratus procedit tam multa circundatus varietate contempta omnimoda paupertate: ait Bern. de conſideratione ad Euge. lib. iiij. in prin. Demonuz magis quam ouium paſcua hec. Non ſic factitabat Petrus: non ſic Paulus ludebat. Uidemus omnem eccleſiaſticum zelum feruere ſola pro dignitate tuenda. Honori totum datur: nihil aut parum deuotioni ⁊ edificationi. Si cauſa requirente paulo ſubmiſſius: ſocialius: ⁊ humilius ſe habere papa tentauerit: abſit: inquiunt adulatores: non decet: tempori non congruit, maieſtati non conueni t: quam geras perſonam attendito. De placito dei vltima mẽtio eſt: pro iactura ſalutis nulla cunctatio: niſi quod ſublime eſt: hoc ſalutare dicamus: ⁊ quod gloriaz redolet: id iuſtum. Ita omne humile probro ducitur inter palatinos ⁊ papales: vt facilius qui eſſe quam qui apparere humilis velit inuenias. Timor dñi fatuitas vel ſimplicitas reputatur. Uiruz circumſpectum ⁊ amicum proprie conſcientie calũniatur hypocritam. Porro amatorem quietis ⁊ ſibi interdũ vacantem, inutilem dicunt. Increduli ⁊ ſubuerſores, Ezech. ij. ad latus pape ſunt. Scorpiones. Ezechie. ij. cum eo habitant. Lupi non oues ſunt. Taliũ tñ ipſe paſtor. Agat ſicut poteſt vt conuertat eos: ne ipſi ſubuertant eum. Aut paſtorem ſe exhibeat, aut negabit ſe illius cuius ſedem tenet eſſe heredez. Petrus hic eſt qui neſcitur proceſſiſſe aliqñ vel gemmis ornatus vel ſericis, non tectꝰ auro: non vectus equo albo: nec ſtipatus milite: nec circũſtrepentibus ſeptꝰ miniſtris. Abſq; his tñ credidit ſatis ⁊ melius poſſe impleri ſalutare mandatum: ſi amas me paſce oues meas. Joan. vlti. extra de maio. ⁊ obe. ſolite. §. pen. Petrus argento ⁊ auro carebat. Cap̃. iij. Tunica ſola ⁊ pallio pro veſtitu: pro victu domo ⁊ oliuis raro oleribus contentus erat: ⁊ nihil aliud querebat: vt ait Clemens diſcipulus eius. In his ergo ornamentis pompis ⁊ militibus non ſucceſſit papa Petro, ſed Conſtantino. xcvj. di. Conſtantinus. Toleranda hec pro tempore, non affectanda pro libito. c. xxxiij. q. v. ſecunduz. Diuitie ſi affluant (vtinaz ſic non affluerent) nolite cor apponere. ps̃. lxj. Etſi deauratus ⁊ purpuratus incedat: non eſt tñ ꝙ horreat operam curamve paſtoralem paſtoris heres: nõ eſt ꝙ erubeſcat. Roma. j. euangelium ⁊ crucem eius.

Ueniamus iam ad collaterales ⁊ coadiutores dñi pape precipue dominos cardinales. Ij ſeduli ſibi: ij intimi ſunt. Quamobrem ſi boni ſunt. ſibi potiſſimum ſunt. ſ. pape: ſi mali: eque plus ſibi. Nec ſe dicat papa ſanum, dolente latere: extra de offi. lega. volentes. hoc eſt ne ſe dixerit bonum, malis innitentem. Corruptis ſociatus: incorruptus non eſt. xxiij. q. iiij. quiſquis. aut ſi bonus ſit papa: quid emolumẽti afferet eccleſie dei ſua ſola iuſtitia: vbi ſentẽtia preualet aliter affectorum? Sed nec tuta ſibi ſua bonitas malis obſeſſa: non magis quam ſanitas vicino ſerpente qui malam retributionem cõſueuit ſuo hoſpiti exhibere: extra de Jude. ſi Judeos. Sibi ergo papa imputet quicquid patitur ab ijs qui ſine eo poſſunt facere nihil. Jo. j. Pape eſt vndecunq; euocare ſibi exemplo. Moyſi ſenes non iuuenes. Exo. xxiiij. in prin. Sed ſenes non tam etate quam moribus. lxxxiiij. di. porro. An non eligendi de toto orbe: totum orbem, extra qui filij ſint legi. per venerabilẽ. §. rationibus. verſi. ſunt aũt: alias eſt. §. iudicaturi? Sane huic negotio ſeſe ingerat rogans. j. q. j. ordinationes. ⁊. c. ſi quis neq; extra: de eta. ⁊ quali. tuam ꝯſilio non prece agenduz eſt. Nec intereſt an quis per ſe an per alium rogat. Primum impudentius. Secundum callidius, ſed talis ſuſpectus expellendus eſt. j. q. vj. ſicut is: vbi de hoc. viij. q. j. in ſcripturis. Clericum: multo potius religioſum, curiã frequentantem qui non ſit de curia ad idem pertinere ambientium genus cogita. c. extra de offi. ordi. quanto. Adulantem ⁊ ad placitum cuiuſq; loquentem vnum de rogantibus puta: etiam ſi nihil rogauerit. xlvi: diſt. clericus qui adulationibus. ⁊. c. ſunt nonnulli. j. q. j. ſunt nonnulli. Scorpioni non eſt in facie quod quis formidet: ſed pungit a cauda. Uiri callidi ⁊ doloroſi proprium eſſe ſolet: tunc pretendere humilitatem quum aliquid obtinere voluerit, de quo dicitur Eccli. xix. Eſt qui ſe humiliat nequiter: ⁊ interiora eius plena ſunt dolo. Uerboſum adole-

ſcentem ⁊ ſtudentem eloquentie, quum ſapientie ſit inanis:non aliud quã iuſtitie hoſtem reputes. Pro huiuſmodi falſis fratribus dicit.j.ad Timo.v.Nemini cito manum imponas:neqz communicaueris peccatis alienis.Quod exponit papa Leon.lxxviij.di.quid eſt.Quid eſt manus cito imponere:niſi ante etatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obediente, ante experientiam diſcipline ſacerdotalem honorem tribuere non probatis?Et qd eſt peccatis communicare alienis: niſi effici tale ordinantem qualis ille eſt qui non meruit ordinari? ad idem.xxiiij.diſt.§.j.extra de elec.cum nobis oliz. Huic Leoni ſanctꝰ Petrus apparuit:⁊ dixit.Omnia peccata tibi dñs dimiſit:ſolummodo de manuuz impoſitione debes inquirere:ſiue bene:ſiue aliter alicui manuz impoſueris:vt dicitur in legenda iſtius Leonis.Cure ſit pape tales introducere quos poſtmodum introduxiſſe non peniteat. Turpe eſt pape ſepius tractare quod fecerit:⁊ iudicium ſuum pereclitari non decet.Et diligenter prouideat omne qd faciendum erit.Tractet apud ſe:⁊ cum ijs qui in veritate diligunt.Tractet ante factum:quia poſt factũ ſera tractatio eſt.Diuinus fructus eſt iuſtitiam ſepius recenſeri.xxxv.q.ix.graue.Viros probatos.j.q.j.eſtote:eligat:non probandos. In monaſterijs quaſi omnes recipiunt ſpe meliorandi, at curia bonos facilius recipere quam facere conſueuit. Quia ſi plures in ea defeciſſe bonos quam malos profeciſſe probatum eſt:querendi ſane quibus nec defectus timeatur:nec profectus optetur, vtpote iam perfectis.Itaqz non volẽtes.viij.q.j.in ſcripturis:nõ currentes.Plena eſt curia curentibus ⁊ diſcurrentibꝰ vt dicatur proprie.Si videbas furem:currebas cuz eo.pſ.xlix.Non rogantes:non adulantes.j.q.j.ſunt nonnulli.Non ſoluentes.j.q.iij.ex multis.poſt collum.ibi.Nec eligant in domuz dei qui maiores ſacculos pecunie conferant:ſed eos qui moribus ⁊ diſciplina ⁊ ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam.Non de potentia ⁊ diuitijs ⁊ genere:extra de preben.c.pen.gloriantes.Nõ ſibi carnaliter attinentes aſſumat ad latus ſuuz papa:ſed cuncta renuentet, vita ⁊ ſcientia ſufficientes: etiam cogat illos ⁊ cõpellat intrare.Luce.xiiij.xxiij.q.iiij.diſplicet in fi.xvj.q.j.vos autez.j.q.vj.ſicut.viij.q.j.in ſcripturis.In talibus opinor requieſcet ſpiritus papalis:ſm Bernar.ad Euge.iiij.libro.Qui non ſunt attrite frontis.Ezech.iij.Sed verecundi: ſed timorati.lxxxvj.diſt.non ſatis.verſi.item conſideranda.xcvj.diſt.in ſcripturis.Preter deum tamẽ timeant nihil.xj.q.iij.nolite timere.Matt.x.Nihil ſperent niſi a deo.de peni.diſt.iij.inter hec hircum.j.ibi.quorum ſpes ſera.pſ.xlj.Sperare in eo omnis congregatio.Qui aduentantium manus non attẽdant:ſed neceſſitates.lxxxvj.diſt.non ſatis.Qui ſtẽt viriliter pro afflictis.lxxxvij.diſt.defenſionis.Et iudicent in equitate pro manſuetis terre.xxiij.q.v.regum.Qui ſint compoſiti ad mores.xlj.diſt.§.finali. Probati ad ſanctimoniam.lxxxj.diſtin.quaſi per totum.Parati ad obedientiam.xciij.diſtin.per totum.lxxxj.diſt.ſi qui Manſueti ad patientiam.vij.q.j.ſuggeſtum.Subiecti ad diſciplinam:extra de appel.ad noſtram.Rigidi ad cenſuram.l.diſtin.ſi quis diaconus.Catholici ad fidem.xxiij.diſt.qui epiſcopus.Fideles ad diſpenſationez.xij.q.iij.c.j.Concordes ad pacem.xc.diſt.per totuz.Qui ſint in iudicio recti.xj.q.iij.quatuor.In conſilio prouidi.j.q.j.eſtote.In iubendo diſcreti.xj.q.iij.ſummo.In diſponẽdo induſtri.xxxix.diſtinc.Petrus in agendo ſtrenui.xxiij.q.iiij.ſicut.In loquendo modeſti.xliij.diſtinc.ſit rector.In aduerſitate ſecuri.vij.q.j.aduerſitas.In proſperitate deuoti ⁊ humiles.xcv.diſtin.eſto.⁊.c.epiſcopus in eccleſia.In zelo ſobrij.xlv.di.ſunt namqz cum.c.ſeq.In miſericordia non remiſſi.lxv.diſt.diſciplina.In otio non otioſi,de con.diſt.v.nunquam.In hoſpitio non diſſoluti.xliiij.diſtin.comeſſationes.In conuiuio non effuſi.xlj.di.quod dicit.In cura rei familiaris non anxij.lxxxviij.di.epſ nullam:cum.c.ſeq.Aliene non cupidi.lxvij.diſt.bonor.Sue non prodigi.xli.diſt.ſepe.lxxxvj.diſtinct.non ſatis.ibi.item.dñs vbiqz.Et in omnibus circũſpecti.xciij.di.diaconi.j.⁊.c.diaconi.v.Qui legatione pro Chriſto fungi.ij.ad Cor.v.quoties opus erit:nec iuſſi renuant:nec non iuſſi affectent.viij.q.j.in ſcripturis ⁊.c.ſciendum,⁊.cap.qui epiſcopatum.Quicquid verecunde excuſant:obſtinatius non recuſent.xix.diſt.in memoriam.Qui miſſi poſt auruz non eant.Eccli.xxxj.ſed Chriſtum ſequantur.xij.q.j.clericus.Qui queſtum legationez non exiſtiment: nec requirant datum.Phil.iiij.ſed fructum.ij.ad Cor.vlti.ibi.Non enim quero que veſtra ſunt:ſed vos.extra de cenſi.cum apoſtolus.x.q.j.cauendum.Qui regibus Joannem Baptiſtam exhibeant? Mar.vj.xxij.q.iiij.vnuſquiſque.Egyptijs Moyſen.Exo.ij.xxxiij.q.iij.non inferenda.Fornicantibꝰ Phinees.Nume.xxv.xxiij.q.viij.occidit.Heliam idololatris.iij.Regũ.j.⁊.xix.xxiij.q.iiij.ea vindicta.Heliſcũ auaris.iiij.Reg.v.j.q.j.qui ſtudet.Petrũ mentientibus.xxiij.q.viij.Petrus.Act.v.⁊.de his e.cau.⁊.q.legi.Paulum blaſphemãtibus.vt pal.c.legi ⁊.xlv.di.§.Salomon.Negantibus Chriſtum.Jo.ij.j.q.iij.ſaluator.Qui vulgus non ſpernant:ſed doceãt Mat.xviij.xxxvj.di.§.ecce.Diuites nõ palpẽt:ſz terreãt.l.di.ſi qs diaconus.lxvj.di.ſunt nõnulli.Pauperes non grauent:ſed foueant.x.q.iij.qr cognouimus.⁊.c.cauendum.Minas principum non paueant:ſed cõtemnant.xxiij.q.viij.cõuenior.Qui non cum turba intrent.Mat.ix.ibi.Et quum ejecta eſſet turba:que nihil habet honeſti.in aut.de reſe.ad fi.col.ij.Jo.vij.Sed turba hec que non nouit legem maledicti ſunt.Amos.v.Ingredientes pompatice domum Iſrael.Nec cum ira exeant.xj.q.iij.ira.Qui eccleſias non ſpolient:ſed emendent.x.q.j.cauendum.Qui marſupia non exhauriant:ſed corda reficiant:extra de offi.ordi.inter cetera.Et crimina corrigant:extra de acu.qualiter.ij.⁊ de ſimo.licet Heli.Fame prouideant ſue.xij.q j.nolo.xj.q.iij.non ſunt audiendi.Nec inuideant aliene.xlvj.di.clericꝰ.inuidens.xj.q.iij.ſi quis vero.Qui orandi ſtudium gerant.xxxj.diſt.ſi laicus:⁊ vſum habeant xxxiij.q.iiij.c.j.⁊.c.Chriſtiano:ac de omni re orationi plus fidant:quam ſue induſtrie vel labori.de con.di.j.omnis Chriſtianus.Quorum ingreſſus pacificus,viij.q.j.olim.Modeſtus exitus ſit ſine ſcandalo:extra de reg.iur.qui ſcandalizauerit.Quorum ſermo edificatio.xliij.di.ſit rector.Quoruz vita iuſtitia.xij.q.ij.cum deuotiſſimam.Quorum preſentia gratia.j.q.j.c.j.Quorum memoria in benedictione eſt.Eccle.xlv.Qui ſe amabiles prebeant:non verbo:ſed opere.j.Joan.iij.Se reuerẽdos exhibeant:ſed actu:non faſtu.xlviij.diſt.c.j.Qui humiles cum humilibus.c.di.contra morem.Innocentes cum innocentibus.de pe.di.iij.c.j.Duros dure redarguant.xlv.

diſt.ſed illud. Malignantes coerceant. lxxxij. diſt. plurimos. Reddant retributionem ſuperbis. xxiij. q.iiij.nimium. Qui non de dote vidue ⁊ de patrimonio crucifixi:extra de elec.cum ex eo.lib.vj. ⁊ de preben.cum ſecundum:ſe vel ſuos ditare feſtinent. lxxxvj.diſt.non ſatis.xij.q.ij.quiſquis abbas.lxxxix diſt.decenter. Gratis dantes quod gratis acceperūt Mat.x.j.q.j.quicquid:extra de magiſtris.c.ij. Gratis facientes iudiciuʒ.xj.q.iij.non licet:iniuriaʒ patientibus:vindictam in nationibus.ps.cxlix. increpationes in populis.ij.ad Timo.iiij. Qui de ſancto ſpiritu papali inſtar illoruʒ.lxx. Nume.xj.ſeniorum Moyſi accepiſſe cernantur:per quem preſentes ſiue abſentes contendant placere pape. placere deo. Qui ad papam de legatione redeant fatigati quidē ſed non auro ſuffarcinati. xij. q.ij. Socrates.(alias eſt.§.ſub.c.gloria epiſcopi)ſimul ⁊ gloriantes: non ꝙ curioſa ſeu precioſa queqꝫ terrarum attulerint: ſʒ ꝙ reliquerint pacem regnis:extra in prohemio decre. Rex pacific⁹. Legem barbaris. Roma.j. Mar. vlti. Quietem monaſterijs.xviij.q.ij.luminoſo. Eccleſijs ordinem.xxv.di.perlectis. Clericis diſciplinā extra de offi.ordi.irrefragabili. Deo populum acceptabilem ſectatorem bonorum operuʒ,ad Tituʒ.ij.

Memorāda ſprete pecunie exempla.

Dignum laudabili memoria factum Martini monachi Ciſtercienſis ⁊ Clareuallen. Js preſbyter cardinalis functus aliquando legatione in Dacia, pauper tamen remeauit vt pene expenſis, ⁊ equis deficientibus vix perueniret Florentiam. Jbi epiſcopus loci donauit ſibi equum quo Piſas vſque vbi eramus tunc profectus eſt. Poſt triduuʒ credo ſecutus epiſcopus(erat enim illa cauſa cum aduerſario:⁊ agendi aderat dies)cepit requirere ſuffragia amicorum: Quumqꝫ per ſingulos ſolicitarentur:vētum eſt ad martinum:fiducia erat maior in illo quī non poſſet eſſe immemor recentis beneficij. Tunc Martinus. Decepiſti me:inquit. Neſciebā tibi imminere negotiuʒ: tolle equum tuum:ecce in ſtabulo eſt: ⁊ hora eadem reſignauit illi. Quid dicemus o domini cardinales ad hec:qui manus apertas inſatiabiles.xxiiij.q.iiij.quid dicam.xlvij:diſt.ſicut. ibi. Nec ſatietas vnquaʒ nec finis aderit cupiditati:ad carpendum habetis:nec vnquam dicitis ſatis eſt? Nonne alterius ſeculi res eſt:rediſſe legatuʒ de terra auri ſine auro:tranſiſſe per terram argenti:⁊ argētum neſciſſe:donum inſuper quod poterat eſſe ſuſpectuʒ,illico reieciſſe? Narrat ſimiliter Ber.de Gaufredo epiſcopo Carnotenſi legato in partibus Aquitarie qui legationem proprijs ſumptibus ſtrenue adminiſtrauit. Cui quum a quodaʒ preſbytero preſentatus eſſet piſcis:quem vulgus vocat ſturioneʒ, interrogans quanti fuit venditus:non accipio: inquit,niſi receperis precium:⁊ reſignauit ſolidos. v. inuito ⁊ verecundo. Jtem quum quedam domina obtuliſſet ſibi,pre deuotione cū manutergio tres paropſides pulchras ligneas:tamen laudauit eas: ſed homo ſcrupuloſe conſcientie non acquieuit accipere. Quando argenteas recepiſſet:qui ligneas refutauit? Non fuerunt qui poſſent dicere legato ditauimus Abraam Gen.xiiij.in fi. Jpſe vero cum Samuele libere concionabatur ad omnes. Loquimini de me coram domino ⁊ coram Chriſto eius vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum: ſi quempiā calumniatus ſum.ſi oppreſſi aliquem:ſi de manu cuiuſquam:accepi mun⁹: ⁊ contemnā illud hodie vobiſqꝫ reſtituam.j. Regum.xij.in prin. Quis felix cardinalis ſecura conſcientia poſſet hodie dicere cum Moyſe. Tu ſcis ꝙ nec aſellum cuiuſquam acceperim:nec affilixerim quempiam eorum. Numer. xvj. Fateor ꝙ non acciperetur hodie a cardinale aſellus chriſti. Mat.xxj.ſed equus a Conſtantino conceſſus libenter.xcvj.di:Conſtātinus:vltra colum. ver. ⁊ vt clerici candidiſſimo colore decoratos equos equitent:ſiue albus:ſiue rufus:ſiue niger:ſiue pallid⁹ Apoc.vj. O ſi viderem in vita mea eccleſiam dei talibus innixam columnis. O ſi domini mei ſponſaʒ cernerem tante commiſſam fidei:tante creditam libertati. Tales collaterales habeat pater patrum. Committat vni prudenti ⁊ fido:cui alij reſpondeāt curam rei familiaris.lxxxviij.di.perlatum.cum iiij. ca.ſeq.

Quid nedum ſummo pontifici:immo cuilibet epiſcopo tam indignum:quam incumbere ſupellectili ⁊ ſubſtantiole ſue:ſcrutari omnia:de ſingulis ſciſcitari:de omnibus mordeti:ſuſpitionibus moueri ad queqꝫ perdita vel neglecta? Ad verecundiaʒ dico quorundam commodi cauſa ſcrutantium quotidie omnem ſubſtantiam ſuam,numerantium ſingula,de minutis ⁊ quadrantibus exigentiuʒ rationem. Non ita ille Egyptus qui Joſeph omnibus traditis ignorabat quid haberet indomo ſua. Gen. xxxix. Erubeſcat chriſtianus chriſtiano ſuo non credens. Homo ſine fide:fidem tamen habuit ſeruo: ſuper omnia bona ſua conſtituens eum: Matth.xxv. Et hic erat alienigena. Luc.xix. Mira res:ſatis epiſcopi ad manus habent quibus animas credant:⁊ cui ſuas committant facultatunculas non inueniūt. Optimi(ironia eſt)eſtimatores rerum:qui magnā de mininis paruam aut nullam de maximis curaʒ gerunt. Sed vt liquido datur intelligi patientius ferimus chriſti iacturam quam noſtram:contra illud xxiij.q.iiij.ſi is. Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio:⁊ continua dominici gregis detrimenta neſcimus.

De precio eſcaruʒ ⁊ numero panum cum miniſtris quotidiana diſcuſſio, raro admodum cum preſbyteris celebratur collatio de peccatis populoꝝ. Cadit aſina, ⁊ non eſt qui ſubleuet eam. Perit anima:⁊ nemo eſt qui reputet. Nec mirum quidem:quum nec noſtros quideʒ aſſiduos ſentiamus defectus. Nonne ad ſingulas ſupputationes noſtras iraſcimur,vrimur,⁊ anxiamur? quā tolerabilius rerum quam mentium ſuſtineremus iacturam? xij.q.j.precipimus.xxxviij.diſtinc.ſedulo. Riuus qua fluit cauat terram:ſic diſcurſus temporalium conſcientiam rodit. Si poteſt torrens in agros.excurrere ſine leſione ſatoꝝ:⁊ quilibet iſta ſine vulnere mentis poſſe tractare confidat: ſecundum Bernar.

Omnimodis conſulo ſtudeat prelatus maxime papa a ſe auertere recurſum horum. Multa neſciat Plurima diſſimulet. Nonnulla obliuiſcatur. Sunt tamen que ignorare eum nolim: mores quorumcunqꝫ ⁊ ſtudia. Non oportet ꝙ vitia dom⁹ ſue vltimus ſciat:quapropter alius alia diſpenſet:de diſciplina ipſe prouideat:vlciſcatur papa iniuriam chriſti in vitijs. Naʒ impunitas auſum.xiij.q.iij.eſt iniuſta,extrs de vi.⁊ hone.cle. vt clericorum: parit. auſus exceſſum. Prelatus qui non corrigit:magis dicendus eſt canis impudicus ꝙ̄ epiſcopus.lxxxiij. diſ.c.ij.⁊ ſi diſſimulat mala:cōſentit.lxxxiij.di.p totū ⁊.lxxxvi.di.c.j.c.facientis. Domū pape ⁊ cuiuſlibet epi decet ſanctitudo.ps.xcij.extra de immu.eccle.decet.lib.vj. Decet modeſtia. Phil.iiij.decet honeſtas. extra.de vi.⁊ ho.cle. per totum. Horum cuſtos diſci

plina.

plina.xliij.⁊.xlv.diſt.Sacerdotes domeſtici aut ce-
teris honeſtiores aut fabula omnibus ſunt. In vul
tu,in habitu,in inceſſu illorum qui circa papā ſunt:
nil reſideat impudicum:nil indecens.xlj.di.§.fi.Di
ſcant a Papa coepiſcopi alij comatulos comā com
ponentes.Unde ethicus.

Sint procul a nobis iuuenes ⁊ femina compti.
Siue coli modico forma virilis habet.

Pueros ⁊ comptos:dixi.ſ.in.§.poſtquam dei gra-
tia:in iſta.ij.parte:in c.x.adoleſcentes ſecum non
habere:contrarium totuz fit in curia vt eſt notoriū,
ait Bernar.Et certe inter mitratos diſcurrere cala-
miſtratos non decet:quia talis domus talis familia
eſſe debet honeſta.xl vij.di.§.fi.Grauem non hilarē
faciem ad ſuos oſtendat.Teneat medium:vt ne de
ſeueritate:familie ſit oneri:nec de familiaritate,con-
temptui.c.lxv.di.diſciplina.xlj.di.ſepe.lxxxvj.di.epi-
ſcopi.In palatio oſtendat ſe papaz,domi ſe patrem
familias exhibet.c.xcv.diſtin.epiſcopus in eccleſia.
Ament euz domeſtici ſui:ſed non faciat vt timeant.
Utilis.ps.xxxviij.dixi cuſtodiam:ſemper cuſtodia
oris:que tamen affabilitatez non excludat:nam os
claudit:ratio aperit.v.q.iiij.in loco.Ille vero ſecun-
dum Bern.conuenientior habitus eſt in papa ⁊ in
prelato quolibet:ſi actu quidem ſeuerus.xlv.diſt.di-
ſciplina:ſit vultu ſerenus.Heſter.xv.verbo ſerus.ps.
xxxviij.ſilui a bonis.Capellani ⁊ qui cum dn̄o pa-
pa diuinis interſunt officijs:non ſint ſine honore.
Eius eſt prouidere qui digni ſint:ſeruiatur eis ab
omnibus:neceſſaria recipiant de manu pape.Iis
contenti.Lu.iij.xxiij.q.j.paratus.in fi.⁊.c.militare.
ſint:que ipſe prouiderit illis.Ipſe videat ne egeant.
lxxxvj.diſt.non ſatis.Super hoc quem forte ab ad-
uentantibus petere aliquid deprehenderit:iudicet
giezitam a giezi venditore ſanitatis.iiij.Regum.v.
j.q.j.qui ſtudet.⁊.c.cito.Id de oſtiarijs:id de cubicu
larijs:id de ceteris officialibus decernenduz.Quid
dignius apoſtolatu?quid ſalubrius ad conſcientiā?
honeſtius ad famam?vtilius exemplū?Amb.Laus
domini,munda poſſeſſio:familia innocens ⁊ diſci-
plinata. Mundet igitur dei vicarius curiā ſuam
conſuetudinibus ſimoniacis:extra de ſimo.cum in
eccleſie.⁊.c.ea que:quia ad eum pauci intrant:niſi
qui ſoluunt.Nullus quaſi pauper hodie ad papam
intrare poteſt Clamat:⁊ non auditur:quia non ha-
bet quid ſoluat.xj.q.iij.pauper.Uix aliqua petitio
expeditur per eum:niſi mediantibus interuentori-
bus corruptis pecunia:non obſtantibus.ca.j.q.j.ſi
quis epiſcopus.⁊.q.iij.ſaluator.verſi.alioquin.⁊.c.
vlti.⁊.q.v.c.preſentiuz.ibi.Uni ex principibus.eſto
ꝙ ipſe ignoret.Sed caueat dn̄s noſter de ignoran-
tia craſſa:que non excuſat ipſum apud deum:extra
de cle.excom.mi.apoſtolice. Corrigat precia im-
moderata que accipiuntur pro bulla,pro ſcriptura
literarum.Hodie ſic immoderata ſalaria pro literis
⁊ alijs accipiuntur in curia:ꝙ per indirectum gra-
tie ſpirituales ⁊ beneficiales venduntur:⁊ omnes
officiales quaſi calumniatores ⁊ concuſſores ſunt:
vltra etiam conſtitutum precium extorquentes:per
ea que leguntur ⁊ no.xxiiij.q.j.paratus.in fi.⁊.c.mi
litare.j.q.j.concuſſionis.xiiij.q.v.non ſane:extra de
cenſi.procurationes:de immu.eccle.q2 pleriqꝫ.xviij.
di.quoniam.j.q.vij.ſancimus.C.de offi.prefec.preto.
aphri.in nomine.verſi.fi.§.hec etiam decernimus:
extra de reſcrip.ſtatutum.§.adſeſſorem:⁊.§.notariū.
No.de hoc Guil.in Specu.in ti.de ſalar.§.ij.Cohi-
beat papa officiales a peſſima,⁊ non dico conſuetu
dine,ſed corruptela que eſt in curia:ꝙ a conſecran-
dis accipiunt equum ⁊ bacciuilia in quibus lauan
tur aurea vel argentea,⁊ pannos,⁊ alia:que opor-
tet ſoluere ad conſecrandum:vel cum eis de predi-
ctis paciſci:contra iura.lxiij.di.agatho.j.q.j.nullus
abbas:⁊.c.ſicut epiſcopum:extra de ſimo.audimus,
⁊.c.intantum.⁊.c.j.Adde quod no.ſ.in hac.ij.parte
in.ij.c.c.thren.in.c.v.in verſi.principes. Non te-
neat ſine cauſa neceſſaria in curia ſua:nec permittat
epiſcopos ⁊ abbates ⁊ alios prelatos venatores ⁊
ambitioſos ſuas eccleſias deſerētes,⁊ amplius am
bientes,ad literaz que ſua ſunt.viij.q.j.ſunt in eccle
ſia,querentes,⁊ ſuas oues ſicut ſtrutio oua ſua in de
ſerto exponentes.Thren.iiij.Non enim abſqꝫ ratio
nabili cauſa debet tales p̄lati deſerere eccleſias ſuas.
vij.q.j.ſicut vir.extra de vo.⁊ vo.redē.magne.§.pre
terea:⁊ de hoc latius.ſ.in thren.iiij.ca.ſuper verbo,
matres noſtre quaſi vidue.in oratione Hiere.Re-
cordare.in.viij.c. Caueat ſummus pontifex ne e-
dificet Syon:ideſt eccleſiam in ſanguinibus.Mi-
che.iij.Non cognouit Petrus Chriſtum per carnē
⁊ ſanguinem:ſed per patrem celeſtē.Mat.xvj.Nō
det prauū exemplum alijs prelatis nepotulos pro-
mouendi pueros ⁊ indignos:dicunt enim ſic papa
facit:quare ⁊ nos non poſſumus?quod enim male
agitur a ſummo capite facile trahitur ab alijs in exē
plum:extra de vo.⁊ vo.redē.magne. Felix exem-
plum clementis.iiij.pape prouincialis:qui quuz ex
vxore legitima virgine ſecularis exiſtēs duas filias
genuiſſet:tandem promotus fuit ad culmen papat⁹:
quia filiam ſuam vnam in monaſterio collocauit:ſo
lum ei.xxx.libras paruorum turon.pro dote ſibi in
illo monaſterio faciens aſſignari.Idem ſanctus dei
papa alteri filie nomine Egidie quam habuit fecit
dari pro dote de patrimonio ſuo.ccc.libras turon.
non amplius:mandans ei ꝙ marituz acciperet ſm̄
conditionem ſuam:cui nunquam in vita ſua dedit
aliquid de bonis eccleſie.Quu mqꝫ haberet nepo-
tem clericum cui nunquam aliquid dederat:⁊ ve-
niens ad mortem audiuiſſet ꝙ habeat tres preben
das quas ei dederant prelati eccleſie Francie:⁊ ſup
plicatum pro eo ei fuiſſet ꝙ daret ei vnam dignita-
tem,mandauit ꝙ vnam de illis tribus prebendis
quam mallet:extra de preben.preterea,retineret,⁊
alias duas dimitteret.Et ſic non acquieuit carni ⁊
ſanguini.Gala.j. Celeſtinus quintus ſanct⁹ Pe-
trus de Moron quendam nepotem filiuz germa-
ni fecit Neapoli de curia expelli:a quo cardinales
vix tandem impetrauerunt ꝙ ei vnam ſimplicem
prebendam in qua viueret concederet:cum qua re-
ceſſit de curia:quibus dixit.Poteſtis bibere calicez
quez ego bibiturus ſum?Mat.xx.⁊ Mar.x.Chri
ſtus Jacobum ⁊ Joannem filios Zebedei.Mat.
iiij.⁊ Jacobum minorem,⁊ Simonem,⁊ Judam
Jacobi ad cardinalatum tribulationis ⁊ apoſtola-
tum aſciuit:non quia conſanguinei,ſed quia electi
predeſtinati ad vitam,de pe.di.iiij.ſi ex bono.cum
§.ſeq.⁊ eos altiſſima paupertate dotauit.ij.ad Co-
rinth.viij.Mat.xix.dicit Petrus pro ſe ⁊ eis:Ec-
ce nos reliquimus omnia.Petrus amator.Joan.
vlt.viij.q.j.in ſcripturis:Chriſti primus eius Uica-
rius dignitate ⁊ vita filie ſue Petronelle paralyſim
pro dote dedit:dicens coapoſtolis pro ea rogantib⁹
ſic expedit ei in legenda eius.Paulus vas electio-
nis non acquieuit carni ⁊ ſanguini.Gala.j.Dauid

Eos inſectatur qui ꝯſanguineos beneficijs obruunt.

concinit. ps. xxix. Que vtilitas in ſanguine meo: dū deſcendero in corruptionem? Utinam ante oculos mentis omnes prelati hunc verſum ſemper memoriter haberent: quem verſum allegauit vnus ſanct⁹ prelatus cuidam ſuo conſanguineo inquietanti euʒ de promotione. Sancti prelati dixerunt ⁊ dicunt conſanguineis. Non nouimus vos. xciij. di. diaconi. v. circa prin. Deutero. xxxiij. Per tales eniʒ conſanguineos periclitari ſolet eccleſiaſtica ſubſtantia. xxviij. diſt. de Syracuſane. Pulchre de hoc Ambroſius in lib. de officijs ait contra conſanguineos loquens prelato. Si ſalteʒ debita intentione te deo dedicaſti: nec enim propterea te deo dedicaſti: vt tu illos diuites facias: ſed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras: ⁊ precio miſerationis peccata tua redimas. Putant ſe parum poſcere: preciū querunt tuum: vite tue contendunt adimere fructū ⁊ accuſant ꝙ eos diuites non feceris: quuʒ te velint illi parentes eterne vite fraudare mercede. lxxxvj. diſt. non ſatis. (alias eſt ſub. c. eſt probanda) lxxxix. diſt. decenter. ibi. Aut ſanguine propinquis: vbi de hoc no. Item Greg. Peruenit ad nos fama ſiniſtra: ꝙ quidam epiſcoporum non ſacerdotibus proprie dioceſis decimas atqʒ chriſtianorum oblationes cōferant: ſed potius laicalibus perſonis militū ſiue ſeruoꝝ vel (quod grauius eſt) conſanguineis. vnde ſi quiſamodo epſ inuentus fuerit huius precepti diuini tranſgreſſor: inter maximos hereticos ⁊ antichriſtos nō minimus habeatur. Et ſicut niſſena ſynodus de ſymoniacis ſtatuit, ⁊ qui dat epiſcopus: ⁊ qui recipiunt ab eo laici ſiue precio: ſiue beneficio: eterni incendij ignibus deputentur. j. q. iij. peruenit: vbi de hoc. Idem. c. ponitur pro palea. xvj. q. vij. peruenit. x. q. ij. epiſcopus. ibi. Si auteʒ res eccleſiaſticas epiſcopus in ſuas voluntates vſurpare voluerit: aut fratribus, aut filijs vel quibuſcunqʒ propinquis ſuis dederit poteſtatem: vt per eos res ledantur eccleſie: hunc oportet obnoxium eſſe concilio. x. q. ij. nec vſus preſtatio. (alias eſt. §. paulo ante. c. precarie). xij. q. j. epiſcopus. ⁊ q. ij. quiſquis epiſcopus. ibi. Non autem liceat ei fraudare, quicquid ex illis velit cognatis vel propinquis donare: que dei ſunt: ꝙ ſi pauperes fuerint: vt pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione: que ſunt eccleſie defraudentur. Sed ⁊ ſimoniacus reputatur: qui amore carnali indigno confert beneficium: legitur ⁊ no. j. q. j. ſi quis neqʒ: extra vt eccle. benefi. c. j. §. omnibus in gloſ. hoc caſu. De hoc plene per Innoc. extra de eta. ⁊ quali. tuam. Unde ⁊ lex dicit ꝙ in clandeſtinis ⁊ domeſticis donationibus facile quid confingitur pro negotij qualitate. C. de dona. l. donatio. §. j. Item Hiero. Ut ſciremus principatum in populo non ſanguini deferendum eſſe ſed vite. At nūc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere: vt non querant eos in eccleſia columnas eligere: quos plus cognoſcant eccleſie prodeſſe: ſed vel quos ipſi amant: vel quoruʒ ſunt obſequijs deliniti: vel pro q̄bus maiorum quiſpiam rogauerit: vel (vt deteriora taceam) qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. viij. q. j. Moyſes. Item Hiero. Audis euidenter ordinationem principis populi tā manifeſte deſcriptā: vt pene expoſitione non egeat. Nulla hic ppl̄i acclamatio. Nulla ꝯſanguinitatis ratio: nulla ꝓpinqtatis habita ꝯtēplatio eſt: vt ꝓpiquis agroꝝ ⁊ predioꝝ relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur: quem deus elegit: ⁊. j. in quo ſit claritas eius legis ⁊ ſcientia: vt poſſint eum audire filij Iſrael. viij. q. j. ſi ergo. Et quia criminis deteſtatio non eſt maxime doctorib⁹ eccleſiaʒ ſcriptis edificantib⁹ murmuratio audeamus dicere preſertiʒ qꝺ notoriū ſatis eſt ꝙ vere hodie luna: ideſt eccleſia ecclipſiʒ patitur: ⁊ in capite ⁊ in membris. iſtis carnalibus temporibus fere tota verſa eſt in ſanguinem. Luce. xxj. Johel. ij. Apoc. vj. Tota quaſi edificatur in ſanguine Syon. Michee. iij. eccleſia ſpeculatiua. Prelati ex ſanguine nati ſunt: ⁊ ex voluntate carnis. Joan. j. de con. di. iiij. ſi quis autem. (alias eſt ſub. cap. proprie. ( Prelati immundi ſunt: quia ſanguiniflui filij. Hemorrhoiſſe. Mat. ix. Mar. v. Lu. viij. ſanguis eoꝝ ⁊ carnalitas ſanguinum. Prelati carnales edificant templum dño, ⁊ preſunt illi non obſtante qꝺ dixerit dñs ad Dauid. j. Paralip. xxiij. Non edificabis mihi templum: quia vir ſanguinuʒ es. j. q. vij. ſi quis omnem: de con. di. j. c. j. Romani multi pōtifices noſtri hypocritalis temporis: ⁊ iaʒ multa luſtra tranſierunt: licet dei veri Uicarij: extra de tranſla. quanto. Jeſu Chriſti pauperis crucifixi. xxv. di. eccleſie: ⁊ Petri Uicarij. j. q. j. non quales, ⁊ ſucceſſores Petri pauperis piſcatoris: manu ⁊ arte victū querentis reti ⁊ nauicula, prediuites. xxiiij. q. j. quoniam: nepotulos ⁊ alios conſanguineos clericos nedum ad altas prelationes promouent ditiſſimas ⁊ altiſſimas: ſed etiam ad ſtatum cardinalatus inſcios totaliter ⁊ indignos, ⁊ committunt eis iudicare ⁊ regere totum mundum, qui regere neſciunt ſemetipſos: extra de eta. ⁊ quali. indecorum. Magiſtri fiunt qui diſcipuli non fuerunt. lxj. di. miſerū. xlviij. di. §. j. extra de elec. cum in magiſtrum. xvj. q. j. ſi cupis. vnde Celeſtinus. Debet enim ante eſſe diſcipulus: quiſquis doctor eſſe deſiderat: vt poſſit docere: quod didicit. Omnis. n. vite inſtitutio hac ad id qꝺ tendit: ideſt ad magiſterium ipſius artis: ſe ratione confirmet. Et infra. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit: ad meritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire. Solum ſacerdotium rogo inter iſta vili⁹ eſt? cur facilius tribuitur: quum difficilius impleatur? lix. di. ordinatos. Unde Hiero. ſuper epiſtolam ad Titum. Qui heri erat in theatro, hodie non ſedeat in eccleſia, qui veſpere erat in circo: hodie non miniſtret altario, qui duduʒ fautor fuerat hiſtrionū: hodie non ſit conſecrator virginū. Hec tranſferūtur xlviij. di. §. j. Sedent in thronis ſeniorum. Apoca. v. ⁊. xj. qui paulo ante ſederant ⁊ diſcurrerant in choro. xxxviij. di. ſedulo. pſallentium ⁊ canentium puerorum. Qui pendebant modo ad matrum vbera, ſedent ad dei vicarij latera. Conſanguineis autē ſecularibus. procurant ⁊ emunt nedum campos, terras, ⁊ vineas, ⁊ ſimplicem militiam ſed etiaʒ baronias: comitatus: marchionatus, ⁊ omnes alios mundi potentatus. Et tales pape conſanguinei qui ante eius papatum ſoli vagabantur per mundum peditando, nunc ſtirpati militum agminibus incedunt. Qui ante cum mulieribus plebeijs aut alijs ſuis paribus ꝯtraxiſſent: poſt cum comitiſſis ⁊ marchioniſſis, aut duciſſis contrahunt. Qui ante forſan byrro aut alia veſte humili induti fuiſſent: poſt ſericis auratis palio ⁊ alijs fucatis veſtibus adornati incedunt. xxx. diſt. ſi quis virorum. xlj. di. per ſimoniam. Et qui ante habitabant in domibus patruʒ ſuorum: aut mercatorum: aut agricolarum: aut artificum: vel alias pauperum deſpectorum: poſt habitant in domibus regum ⁊ imperatorū. xxj. q. iiij. c. j.

Et

Et qui ante papatũ ſui conſanguinei:nati in paupe
re domo ⁊ tugurio ruſticano vix milio ⁊ cibario pa
ne rugientez ventrem ſaturare poterant :poſt simi-
lam ⁊ mella faſtidiunt:ſm Hier.xij.q.ij.gloria. Car
dinales quidam ⁊ alij prelati multi talia a Roma-
nis pontificibus multis nunc exempla pernicioſa
videntes.ſequuntur eos ſic gratanter in carnalibus
huiuſmodi quocunqz ierint : non Chriſtũ agnum.
Apoca.xiiij.Quia procliuis eſt curſus ad volupta-
tem,⁊ imitatrix natura vitioꝝ.xxj.q.iij. procliuis ⁊
in prohemio cle.ver.qꝛ.omnis etas prona admalũ
ab adoleſcentia.Gen.vj.Videns deus ꝙ multa ma
litia hominum eſſet in terra, ⁊ cuncta cogitatio cor
dis eſſet intenta ad malum ⁊c.Gen.vj.Item ſenſus
⁊ cogitatio humani cordis prona ſunt in maluz ab
adoleſcẽtia ſua.Gen.viij:xij.q.j.c.j.de pe.di.iij. inter
hec.j.ibi.repugnat natura.Unde ad literam,anime
prelatoꝝ carnee in ſanguine ſunt.Sed attendãt qđ
ibi dicit dñs Leuit. xvij. Homo quilibet de domo
Iſrael ⁊ de aduenis qui morant̃ apud vos:ſi come
derit ſanguinez , obfirmabo faciem meaz ꝯtra ani-
mam illius:⁊ diſperdam eam de populo ſuo:qꝛ ani-
ma carnis in ſanguine eſt. Utinam ad literam dice
rent hodie prelati eccleſie ſuis ꝯſanguineis.Mun-
de ſunt manus noſtre a ſanguine omniũ vr̃m. Act.
xx.xliij.di .ephesijs.Licet ibi ſanguis in alia ſignifi
catione accipiatur.ſ. pro peccato . Sed quod hodie
in eccleſia dei maius peccatũ.i.cõius.xxxij.q.vij.qd
in omnibꝰ:quam carnalitas ad ſuos ꝯſanguineos?
Prelatoꝝ nepotuli ⁊ alij ꝯſanguinei dij eoꝝ hodie
ſunt.Ipſos ſupra deũ ⁊ contra deũ diligunt.Ipſos
contra deuz ⁊ plus ꝙ deuz honorant . Unde ſuper
illud.j.Reg.xv.Quaſi peccatum hariolandi eſt re-
pugnare,⁊ quaſi ſcelus idololatrie nolle acquieſce-
re:dicit expoſitor.Idolũ. hominis eſt quicquid plꝰ
quaz deuz colit ac diligit ⁊ ſuper illud ps.lxxx. Nõ
erit in te deus recens.dicit glo.ꝙ illud vnicuiqz deꝰ
eſt: quod deo preponitur in amore. Hi ſunt dij in
quibus prelati habent fidutiam ꝙ eis in abbatijs
⁊ ep̃atibus ſuccedant:⁊ propterea maxime edificãt
eccleſiam in ſanguinibus.Michee.iij.vt ſemper de
eoꝝ gñe aliquis ſit q eis abbatijs ⁊ ep̃atibꝰ ſuccedat.
Uñ ⁊ totaz eccleſiã ⁊ monaſteriũ implent ꝯſangui-
neis:vt p eos aliquis ꝯſanguineus eligatur:⁊ ſi quã
tum poſſunt volunt ſanctuariuz det iure heredeta-
rio poſſidere:ſicut patriarcha Conſtantinopolitanꝰ
Venetus faciebant:extra de inſti. ad decorez.viij.q.
j.apoſtolica:extra de fi.preſby.ex tranſmiſſa:extra de
elec. venerabilem.§.vlti . Quia vero prelati hodie
plus conſanguineos honorant:quam deum:audiãt
quid loquat̃ eis dñs in perſona Heli.j.Reg.ij.Hono
raſti filios tuos plus q̃z me ⁊c.qui fractis ceruicibꝰ
expirauit:⁊ filij eiꝰ in bello cõſumpti ſunt Ophni:⁊
Phinees.j.Re.iij.⁊.iiij.xlvij.di.§.neceſſe:extra de ſi
mo.licet Heli. O quot nepotes ⁊ conſanguineos
prelati premittunt ⁊ ſequuntur ad inferos:eis bene
ficia impetrantes ⁊ conferentes:quorum ampliſſi-
ma ſtipendia recipient non militaturi in eis,nec de
bitum ſeruitium in ſuis beneficijs dño impenſuri:
de cura animarum non curantes:ſed de burſa pro-
uentus beneficiorum luxurioſe expendentes:aut in
ſuis pompis vel poſſeſſiones ſibi vel ſuis ementes:
⁊ eccleſias defraudantes:ad hec.lxxxj.diſt.ſi quis ſa
cerdotum,cum.c.ſeq.extra de reſcrip.c.quia per am-
bitioſam.li.vj.extra de cle.non reſi.per totum.xxxij.
di.§.ad.hec.xvj.q.j.generaliter,xliiij.di.§.j.xij.q. iij.
c.j.⁊.q.iiij.c.j.⁊.c.vlti.⁊ extra de pec.cler.preſbyter.⁊.
c.inquirendum:deinde per ſuperiora dicta has alle
gationes prout eis competunt. Tẽpus veniet quo
conſanguinei prelatoꝝ contra ſuos prelatos conſan
guineos vlulabunt:qui cauſa perditionis eoꝝ fue-
runt.vnde Eccli.xlj.querunt̃ filij:qm̃ propter ipſuz
.ſ.patrem ſunt in opprobriuz.ſ.filij predonum,furũ,
feneratoꝝ,⁊ conſanguinei prelatoꝝ:qui propter eos
⁊ cuz eis erunt proper iniuſte poſſeſſa in opprobriũ
ſempiternum.Dan.xij.Ad hec.xiiij.q.vj.ſi res:de pe.
di.v. falſas.j.q.iiij.§.item peccato ciuium.verſi.velu
ti ſi quiſpiam de latrocinio ⁊ rapina filio ſuo igno-
ranti diuitias congreget ⁊c.Clamabunt etiam infe
lices damnati prelati contra ſuos conſanguineos
damnatos. Propter vos damnati ſumus. Pereat
dies. Job.j.in qua vos cognouimus ⁊ ditauimus.
ij.q.vij.querit̃ pater de malo filio. Non ergo nepo-
tes ⁊ conſanguinei Romanoꝝ pontificum, cardi-
nalium:⁊ alioꝝ prelatoꝝ,quum promouentur: ſibi
gaudeant:nec eos promouentes ſibi,⁊ eis congau-
deant:qꝛ ſcribitur Prouer.xiiij. Riſus dolore mi-
ſcebitur:⁊ extrema gaudij.luctus occupat:⁊ Luc.vi.
Ve vobis qui ridetis:qꝛ lugebitis.Unde in lib.lu-
doꝝ Senece de morte Claudij Imperatoris qui re
gnauit ante Neronem:⁊ loquit̃ Seneca de deſcen-
ſu Claudij ad inferos:⁊ q̃uo multi nobiles qui erãt
apud inferos,ei occurrerunt,⁊ nominat eos:omnes
etiam conſanguinei agmine facto Claudio occurre
runt : quos quum vidiſſet Claudius : exclamauit.
Q̃uo vos huc veniſtis?tunc pedo Põpeiꝰ. Quid
dicis homo crudeliſſime? queris quomodo? Quis
enim alius nos huc miſit:quam tu amicoꝝ omniũ
interfector? Nec applaudant ſibi tales conſangui
nei prelatoꝝ,ꝙ ſuper pluritatem beneficioꝝ in ſim
plicibus.no.extra de elec.dudum.ij.per ep̃os:in cu-
ratis beneficijs per papam cum eis extitit diſpenſa
tum:quia nedum alij prelati,ſed etſi papa cum ali-
quo ſine cauſa diſpenſat : etſi babeat exceptionem
quantum tñ ad eccleſiam: quantum deuz tutus nõ
eſt:vt no.extra de vo.⁊ vo.reden.non eſt,in glo.cap.
quod ⁊ no.per Oſtien.in ſum.extra de vo.⁊ vo. re.
§.vtrum:⁊ per quez ver. Quarti dicunt : ⁊ verius.
Ubi enim cauſa legitima non eſt:aut propter neceſ-
ſitatem:aut propter euidentem vtilitatez, non eſt di
ſpenſatio,ſed diſſipatio.j.q.vij.§.niſi rigor. cum om
nibus.c.ſeq.Ber.de precepto.Abſqz neceſſitate re-
miſſio voti nõ eſt diſpenſatio:ſed diſſipatio. De hoc
etiam.s̃.dixi in.vj.conſideratione papali.ver.ſi autẽ
dicat papa.in.c.xiiij. Item ibidem Bern. Fidelis
ſeruus ⁊ prudens quem conſtituit dñs ſuper ſami-
liam ſuam.Mat.xxv.Luc.xix. ibi tñ poteſt vſurpa
re diſpenſationem:vbi bonam poſſit recipere com-
penſatioaem,ſit ergo fidelitas ex parte diſpenſantis
⁊ ex parte ſubditi obedientis. Itez Bernar.in eo.
lib.de precepto.Quedam ſunt precepta ſtabilia: vt
regule ſanctorum patrum,⁊ autentica,canonica : ⁊
eccleſiaſtica inſtituta.In ijs poteſt diſpenſare deus,
⁊ homo papa.Iuſtiſſimum eſt enim vt que pro cha
ritate inuenta ſunt:pro charitate:quum expedire vi
debitur:vel intermittantur:vel in aliud commodiꝰ
commutentur.Quedam ſunt precepta immobilia:
vt precepta ſecunde tabule.In ijs non poteſt homo
diſpenſare.no.extra de iureiur.etſi Chriſtus,ſed deꝰ
qui diſpenſauit cum Hebreis vt Egyptios ſpolia-
rent.Exo.xij.xiiij.q.v.dixit cũ Samſone.Iudi.xvi.
xxiij.q.v.ſi nõ licet.de homicidio:⁊ cum patriarchis

Nõ eſt ſi-
ne cauſa
diſpenſan
dum.

Prece-
ptorũ dif
ferentia.

de pluribus vxoribus. Ad hoc.xxiij.q.v.ſi non licet: extra de diuor.gaudemus.⁊c. Oſee ꝙ cum fornicaria miſereretur. Oſee.j. Sed Augu.dicit ɔtra Fauſtū ꝙ Oſee meretricem accepit vxorez, ⁊ hoc approbatur ab Hiero.xxxij.q.j.ca.ſi.cum.§.prece. ⁊ de ſpon. c.inter opera. Quedam incommutabilia: vt precepta prime tabule. In ijs nec deus: nec homo diſpenſare poteſt. Et propterea legitur in Vitis patrum ꝙ opus monachorum ignis eſt: ⁊ vbicunqꝫ ponitur: comburit illud: Et bona eccleſiarū ignis ſunt: ⁊ vbicunqꝫ intrant domos ſecularium ɔſanguineoꝝ non indigentiū, cōburūt omnia: qꝛ vere raro eſt ꝙ ditati de bonis eccleſiarū: finaliter non ɔſumantur in hoc mundo: ſed finaliter: vt: ſ. dixi: vbi tempus veniet anuntiabunt in ɔſummatione in ira ɔſummationis ⁊ non erunt.ps.lviij. Caueat etiam ſibi papa ne alienet bona eccleſiarum.xij.q.ij.non liceat qꝛ vt.ſ.in.v.ɔſideratione papali.§.eſt ergo. cap.xiij. probatum eſt. Non eſt dn̄s proprietarius rerū eccleſiaſticarum: ſed legitimus diſpenſator: ſicut ⁊ alij prelati: licet ipſe preordinator in cunctis.ix.q.iij.cuncta xxv.di.c.j.ver.ad ep̄m.vnde ⁊ ſummus pontifex: ⁊ alij prelati eccleſiarum: non dn̄i vel proprietarij dicuntur: ſed procuratores: diſpenſatores: cuſtodes: vt preal.c.non liceat, ⁊ cauſa.e.j.q.expedit.c.res eccleſie c.ſi.c.ep̄s: reruz eccleſiaſticaruz.j.q.ij.ſacerdos.xxiij. q.vij.quod autem ⁊.q.vlti.conuenior.⁊ de dona.ca. fraternitatem. Quis aūt habeat dn̄m rerum eccleſiaſticarum: diuerſe opiniones ponunt ⁊ no. preall. c.expedit. Hugo ⁊ Vincen. ⁊ Archid. ⁊ Inno.tenēt ꝙ ſunt Chriſti ſingularius quam alia: ⁊ eccleſie vniuerſalis: que eſt corpus Chriſti: vt no. Innoc.extra de cau.poſ.cuz ſuper: in gloſ.qꝛ.iam.no.etiaz de hoc. xij:q.j.duo ſunt: ⁊.ca.ep̄i de rebus: ⁊.cap.res eccleſie. Verbum aūt alienationis ɔtinet conditionem: donationem, venditionem, permutationem, ⁊ emphiteoſim, perpetuum contractum: extra de rebus eccle.non alie.cum nulli. Adde hic quod no.j.in.ca. xxix.in.§.vlti.hoc quero. Hoc deniqꝫ neqꝫ latet neqꝫ lateat dn̄m noſtrum papam: qꝛ in toto mundo non eſt homo in tanto periculo: quanto ipſe: qꝛ de vita ⁊ doctrina ſolicitudine ⁊ labore habet reſpondere de toto mundo illi Chriſto cuius ipſe eſt vniuerſalis vicarius ſuper terram. Nam ſicut dicit glo.ix.q. iij.alioꝝ: papa ſi peccauerit: ſine venia puniri debet: ſicut diabolus qui maximus comparatione alioꝝ creatꝰ eſt.de pe.di.ij.principium: ⁊ notaui ſupra in.xj. cap. in.§. a capite. Recordor enim ſtatutum humilis Grego. Conſtituo vt feretrum quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur: nullo tegimine veletur. Grego.in regiſtro. Ad te ergo mi mater eccleſia: cuius ipſe eſt caput: verto ſtilum. Dic mihi.. Vbi ſunt illi Romani pontifices. Petrus dico ⁊ alij poſt eum ſucceſſores eius legitimi martyres quaſi omnes vſqꝫ ad tempora hec infelicia glorioſi: confeſſores lucidi, doctores illuminatiſſimi: qui te ſuo precioſo ſanguine.xxj.diſtinct. quamuis. xxij: diſtin.ca.ij.doctrina catholica: paupertate euangelica. Matth.v.humilitate, patientia, abſtinentia, puritate, innocentia, miſericordia, ⁊ veritate, caſtitate angelica, iuſtitia, temperātia, fide, ſpe, charitate indefeſſa feruentiſſima, ⁊ ceteris virtutibus, ⁊ exemplis lucidiſſimis plantauerunt, propagauerunt, ⁊ in perfectam virtutū gloriam prouexerunt: extra de elec.fundamenta.§.j.regnant in celis cum illo: cuiꝰ fuerunt vicarij authoritate ⁊ ſanctitate fideliſſimi

Apoſtrophe ad eccleſiam.

ſectatores. Poſt quos multis centenarijs annoꝝ fuerunt multi Romani pontifices ſanctam dei eccleſiam numero ⁊ merito fidelium ampliantes: ⁊ eccleſiam triumphantem ciuibus eorum imitatoribus reparantes. Surrexerunt, iam ſunt multa tempora, eoꝝ ſucceſſores authoritate, ſed diſſimiles a ſanctitate Romano pontificatui ſe ingerētes.lxxix. di.ſi quis ex ep̄is. Procurantes: vtinam ante promotionem non paciſcentes ⁊ conuenientes ⁊ promittentes.viij.q.iij.artaldus: extra de elec.per inquiſitionem.xxiij.di.in nomine: ibi.trapezitas. Aurum. xij.q.j.volo cumulantes abſqꝫ menſura.lxxxvj.diſt. non ſatis. Parentes ditantes ⁊ exaltantes: ⁊ ɔſanguineos promouentes.j.q.iij.peruenit. In delicijs xxxv.di.eccleſie: viuentes. Amicos dignificantes.xj. q.iij.plurimumqꝫ.alios ɔculcantes. In Babylonia ideſt Roma ſm̄ Hiero.j. Pe.vlt.turres ⁊ palatia edificantes. Guerras nutrientes. Partē tenentes in Italia: quum ſit vna eccleſia.xxiij.q.j. ſchiſma in ſi. Bona eccleſiarum diſſipantes.xij.q.j.expedit. Indignos promouentes.xlix.di.c.j.⁊.ij. In curribus, ⁊ elephantibus, ⁊ dextrarijs, precioſis veſtibus, familia ampliſſima milituz ⁊ baronum armatorum, ⁊ in mundi potentia gloriantes: que gloria eſt ſtercus ⁊ vermis.j. Macha.ij.temporaliuz dominoꝝ aliquoties terminos inuadentes, de ſalute animarum parum curantes.vj.q.iij.c.j. Et quid plura? Que carnis ſunt ſapientes. Phil.iij. Vide dn̄e ⁊ ɔſidera: qꝛ ſponſa tua nimis humiliata eſt. Eius in gentibus potentia diminuta eſt. Eius miſericordia qua extincta eſt. Ad cuius confugiemus auxilium? Tranſlata eſt vere.ſ.virtutum gloria: de Iſrael, ſicut dixit murus Heli vxor Phinees.j.Reg.iiij.ix.q.iij.alioꝝ in ſi. Manda. Remanda. Eſa.xxiiij. Mitte quē miſſurus es: obſecro. Exod.iiij.ſanctum vicarium tuuz aliquem eccleſiam conformare. Et hec de vicarijs Chriſti ſatis cum eorum venia.

## De ſtatu cardinalium ⁊ quo tempore inceperunt. Et quod ſunt in triplico genere: ⁊ vnde dicuntur ⁊ de poteſtate eorum. Cap. 16.

NUnc aūt ad fratres dn̄i pape ⁊ collaterales qui ſibi in executione ſacerdotalis officij adiutores exiſtunt: extra qui ſi. ſint leg.per venerabilez.§.ſunt aūt ⁊ extra de elec. fundamenta.§. decet.lib.vj.accedendū eſt. Hi dn̄i cardinales vident incepiſſe tp̄e Pontiani pape: qui fuit Anno dn̄i.ccxxxj.vt dr̄ in chronica: vbi etiā dr̄ ꝙ Marcellus qui fuit anno dn̄i.ccciiij.ɔſtituit.xv. Cardinalatus in vrbe Roma propter baptiſmata ⁊ ſepulturas hominuz. De iſtis ēt habet.lxxix.di.c.j.c.oportebat.c.ſi quis ex ep̄is: ⁊ c.ſi quis ex pecunia.xxiij.di.c.j.xciij.di.a ſubdiacono ij.q.iiij preſul.⁊ preal.c.fundamenta. Et pōt dici ꝙ dicunt cardinales eccleſie Romane, qꝛ ſicut cardine regit oſtiuz: ita eccleſia Romana eoꝝ bono conſilio.ſic no. Lau. ⁊ Jo.de fau.xxij.di.ſacroſancta: in ſi. vbi de hoc not. Archidia. ⁊ extra de elec.vbi periculuz.li.vj.in glo.iſti.⁊ no.de hoc extra de of.archipreſ. c.iij.in glo.j. Cardinales aūt ſunt ſacerdotes leuitici generis: vt habet in Deute.xvij.⁊ preal. §. ſunt aūt ⁊.C.ad.l.iul.maie.quiſquis in prin.vj.q.j.ſi quis cuz militibꝰ. Iſti hodie habent culmen ⁊ gloriaz ⁊

Cardinalium prima inſtitutio:

**Cardinalium triplex gradus.** ſingularem potentiam ⁊ dignitatem ſenatoꝝ vrbis
⁊ conſules ſunt ⁊ patritij.xcvj.di.Cōſtantinus.ver.
viris etiam. Sunt autem in triplici gradu. Nam
quidā ſunt diaconi cardinales ſeptez diaconibꝰ ſuc-
cedentes:de quibꝰ loquitͬ Act.vj.xciij.di.diaconi ſe-
ptem:qui circunſtant dn̄m papam celebrantē ⁊ pre
dicantem.xciij.di.diaconi qui. Quidam preſbyteri
tenentes typum ſicut alij preſbyteri.lxxij.diſcipulo-
rū.xxj.di.in nouo.Quidam ep̄i,ſicut alij ep̄i apoſto
lis ſuccedentes.xciij.di.legimus.ibi.Ceterū oēs ſuc
ceſſores apoſtoloꝝ ſunt. Maior eſt aūt in dignita-
te quilibet ep̄s:preſbytero cardinali:legitͬ ⁊ no.ij.q.
vij.quāquaz.Uſus tn̄ vel abuſus curie ſeruat ꝯtra-
**Cardinalium nomē vnde.** rium:⁊ hoc tenet Hug. Et dicuntͬ cardinales ab ec
cleſia Romana:que eſt caput ⁊ cardo aliarū:vt p̄al.
c.ſacroſancta.⁊.xxv.q.j.§.vlti.in prin.C.de ſum. tri.
inter claras.Et dicuntur ſic cardinales duplici ſimi
litudine.Sicut enim domus habet oſtium ⁊ cardi-
nem:ſic eccleſia papaz:qui eſt oſtium dei vel eccleſie.
Unde ⁊ Chriſtus,cuiꝰ ipſe vicarius eſt oſtiuz ſe vo-
cat.Jo.x.Et cardinales:qui ſunt cardo ſuper quem
fundatum eſt oſtiuz tale.qr,papa eoꝝ fulcitur ꝯſilio.
Uel ideo:qr ſicut oſtiuz preeſt:⁊ cardo ſubeſt:ita pa
pa preeſt,⁊ cardinales ſubſunt. Puto tn̄ ꝙ ⁊ ſe in-
ter cardinales dinumeret. c. C.lib.xij.l.ius ſenatoꝝ
c.ff.de ver.ſig.familie.Sic ergo ſacer ille ſenatus car
dinaliuz.xvj.q.j.eccleſia habet:a cardine nomen, ac
cepit:quaſi ſe regant ⁊ alios.xij.q.j.duo ſunt.Aliqn̄
etiaz ep̄i dicuntur cardinales.xxj.q.j.relatio.ibi.Si
bi cardinalem.gloſ.j.proprium ep̄m.Hug.vij.q.j.pa
ſtoralis.lxxj.di.fraternitate:in fi.xxiiij.di.preſbyteri.
Cardinales vero ep̄i metropolitani vice fungūtur.
xxiij.di.in nomine.dn̄i.Ep̄s vero Oſtienſis cardi-
nalis ex priuilegio papali conſecrat papam: ⁊ inun
git imperatorem.no.Oſti.extra de priuile.antiqua.
Aliquando cardinalis accipitur pro principali : ſic
ſumitur extra de offi.archiepiſ.c.ij.ibi.Sacerdotum
cardinalium.glo.j.principalium. Et quare dicantͬ,
⁊ quot modis accipiantur cardinales:ibi. no.in gl.
preall.j. De poteſtate cardinaliuz legatoꝝ dixi ple
ne.in.j.parte iſtius operis.Illuc recurrendum eſt in
§.⁊ primo in.c.xlvij.⁊ ad ea que leguntur ⁊ no. ex-
tra de offi.leg.per totum:⁊ eo.ti.lib.vj.per totum de
ſen.excom.ad eminentiam:de iure patro. cum dile-
ctus:de elec.ſi abbatem.vj.lib.de ver.ſig.ca.j.lib.vj.
Poſſunt autez conferre beneficia quoꝝ collatio eſt
ad ſedem apoſtolicam deuoluta:extra de preben.ca.
pen.no.per Jo.an.extra de offi.lega.c.j.in glo.vnde
beneficia. De poteſtate cardinalium ſede vacante
vide quod no.lxxix.di.nullus.ij.Plenius per Oſti.
extra de pe.⁊ re.cum ex eo.in fi.per Joā.an.extra de
ſchiſma.c.j.li.vj.in glo.notatur.c.⁊ in clem. extra de
elec.ne Romani.Et per Archidia.extra de elec.vbi
periculum:in magna gloſſa ſua:que incipit:ſm poſ-
ſibilitatem:vbi tenet poſt Bernar.compoſt. Gof.⁊
Oſtien.quod collegium cardinalium poſſet inter ſe
ordinare,ꝙ valeret electio de papa celebrata a ma-
iori parte ipſoꝝ,⁊ talis electus dicitur electus: non
tantum a maiori parte:immo a toto collegio.Tenet
etiam ibi ꝙ collectio cardinalium non poſſet tollere
illam decre.vbi periculum:nec in aliquo vulnerare.
Tenet etiam ibi ꝙ contra electuz in papam non po
teſt excipi de hereſi:licet poſt conſecratione poſſet de
ea accuſari:legitur ⁊ no.xl.diſt.ſi papa. Quuz pri-
mo fuerunt cardinales in Romana eccleſia inſtitu-
ti:pauperculi erant Rome in ſuis titulis habitan-
tes:⁊ eorum qui erant ep̄i ep̄atus in reditibus te-
nues ⁊ exiles:ſicut ⁊ hodierna die apparet in eoruz
titulis Rome.Tituli cardinalium totidez.lxx.ſicut
ſeniores Jſrael.Nume.xj.Uel.lxxij.quia tot Chri-
ſti diſcipuli.Luc.x.xxj.di.§.j.c.in nouo.lxviij.di. cor
epiſcopi.Sed contrarium.xvj.diſt.ſeptuaginta, vbi
ponitur ꝙ Chriſti diſcipuli fuerunt.lxx.Sed dic ſm
Hug.ꝙ minor numerus non excludit maiorem: vt
no.xv.di.c.j.in gloſ.iij.⁊.xxxv.q.ij.c.j.in gloſ.j.Et in
ep̄atibus eorum adiacentibus Rome ſicut ep̄atus
Salinenſis, Portuenſis, Oſtienſis, Albanenſis,
Uolaterranenſis:Tuſculanus, Preneſtinus.Et a-
liqui vix vnum equum habebant,aut communiter
peditabant,ſicut rurales preſbyteri.Uilem ſupelle-
ctilem habebant.xlj.diſt.ep̄s.Simpliciter ⁊ humi-
liter ⁊ in egeſtate viuebant:ſicut, ⁊ tunc Romani
pontifices:ſed virtutibus abundabant,Nunc cum
Romanis pontificibus:nunc per ſe martyria ſubi-
bant. Pro confeſſione fidei:damna.⁊ exilia, ⁊ ver-
bera,inſuper ⁊ vincula, ⁊ carceres. Heb.xj. ſuſtine-
bant.Miraculis coruſcabant.Eccleſiam cum ſan-
ctis Romanis pontificibus doctrina ⁊ ſancta vita
regebant.Sed iamdiu eſt ꝙ in quibuſdam ex eis:ſi
cut ⁊ in quibuſdam Romanis pontificibus opti-
mus color mutatus eſt.Threno.iiij..Creuit in eis.
xciij.di.diaconi.v.potentia:dignitas honor, ⁊ diui-
tie:ſed decreuerunt virtutes.Aucta eſt poſſeſſio : di-
minuta religio. Creuerunt in exterioribus : mino-
rati ſunt in interioribus.Conſueuerunt eſſe alijs o-
dor bonus Chriſto vite in vitaz.Nunc ſunt: prout
communiter:odor mortis in mortem per pernicio-
ſum exemplum.ij.ad Corinth.ij.extra de ſacra vnc.
cap.vnico.§.de odore. Et cum eoruz venia,ad par
ticularia vitia aliorum que ſunt notoria deſcendo :
preter ea que intrinſeca ſunt.Can.iiij.Ephe.v.⁊ ſo
li deo patent: ⁊ frequenter paucis hominibus. Of
fendunt autem eorum aliqui:quia quum ad eos
pertineat electio Romani pontificis: vt preallega.
cap.vbi periculum.lib.vj.extra de elec.c.licet: in cō-
pi.Greg.ante quam eligant inter ſe:eoꝝ aliqui pri-
uata affectione corrupti querentes ſuaz.viij.q.j.ſunt
in eccleſia.Philip.ij.non publicam mundi vtilita-
tem.vij.q.j.ſcias:vbi de hoc:de certa perſona eligen-
da,vel non eligenda : conuentiones, obligationes,
promiſſiones,condicta,interdimenta,⁊ pacta,⁊ iu-
ramenta faciunt:contra illud prealle.cap. vbi peri-
culum.§.ceterum,⁊ de cenſi. procurationes,⁊ eo.ti.
Romana.lib.vj.⁊ optime.viij.q.j.ſunt in eccleſia: ⁊
q.ij.illud:⁊.c.dilectiſſimi:⁊.q.iij.cap.j.⁊.c.artaldus,
⁊ extra de elec.per inquiſitionem.⁊ c.lxxix.diſtin. ſi
quis papa:⁊ cap.nullus pontifice. Jtem nunc fa-
uore pape,nunc timore,nunc ſpe aliquid proſequen
di,non dant ſibi conſilia vera ⁊ libera, ſed propter
predicta, conſilia, fraudulenta ⁊ periculoſa eis, ⁊
mundo, ⁊ econtra conſcientiam dant: extra de e-
lectio.fundamenta.§.j.ver.decet nāq̃. Unde tenen
tur de conſilio fraudulento .ff. de regu.iur.l. conſi-
lij.ff.de dolo:quod ſi quum ſcires.lxxxvj.diſtin. tan
ta. extra de renun. ſane. Legitur ⁊ no. extra de re-
gu.iur.nullus ex conſilio.lib.vj. ⁊ extra de ſenten.
excommunica. nuper. in gloſ. quod aliter. Jtem
multi ex eis indigne promoti ſunt: aut corrupte,aut
timore regum,aut priuato amore pape.j.q.j.ſi quis
neq̃:ſed qui per oſtium non intrauit:niſi renuntiet
non eſt tutus : vt ibi. xxiij . q. iiij. tres perſonas.
Jtem preter cardinalatum : cuius hodie reditus

pingues ſunt:communiter vltra milia florenoꝝ: ⁊
prouiſiones magnas ⁊ encenia que ad numeruz ve
niunt quantitatem.ff.de offi.procon.l.ſolent: in fin.
extra de reſcrip.ſtatutum.§.inſuper lib.vj.Alias ob
tinent dignitates ⁊ beneficia pinguiora vbiqꝫ terra
rum pretextu familie dilatande,⁊ honorem carna-
lem cardinalatus in equis ⁊ domicellis: ⁊ lautis.
xxxv.di.eccleſie:conuiuijs manutenendi, quoꝝ re-
ditus plus quam communiter cardinalatus aſcen-
dunt.Sed inter eos multi reditus obtinent. x.mil.
xv.⁊.xx.⁊.xxx.milium florenoꝝ:⁊ ſic partes alienas
inuadunt.xciij.di.diaconi.v.deuorantes multoꝝ ſti
pendia miniſtroꝝ.lxxxix. di.ſingula. vbi de hoc ex-
tra de preben.quia intantum:vbi de hoc extra de re
ſcrip.quia per ambitioſam.li.vj.Et qui ante cardi-
nalatuz vno competenti vel duobus potuit conten
tari,abſorbet fluuium beneficioꝝ:⁊ fiducialiam habet
ꝙ influat Jordanis in os eius:quia nunquam be-
neficioꝝ cumulo ſatiantur.Job.xl.Et (quod peius
